δρόπηδη δὲ παρὰ πάσαις τὰ προειρημένα συμφώνως, καὶ
διότι κατὰ συνθήκην Αντίπατρος μὲν εἰς Ρώμην, Φερέ-
ρας δὲ ὑποχώρησεν εἰς τὴν Περσίαν. πολλάκις γὰρ αὐ-
τές διαλαλεῖν, „ώς μοι ἀλέξανδρον καὶ Αριστοβύλον
„ἐπ' αὐτές Ηρώδης διαβήσεται, καὶ τὰς αὐτῶν γυναι-
„κας. οὐ γὰρ Φερίσαδα, μετὰ Μαριάμην καὶ τὰς ἐξ
„ἐκείνης, ἔτερες τινός· ὅτε ἀμενον εἶναι, ὡς πορρωτάτω
„Φυγεῖν τὴν Θηρίαν. πολλάκις δὲ ἀποδυζόμενον πέρος τὴν
μῆτέρα, τὸν Αντίπατρον εἰπεῖν· „ώς αὐτὸς μὲν εἴη πολιός
„ηδη, νεάροις δὲ καθ' ἡμέραν ὁ πατήρ, Φθάσας δὲ ἀν
„τάχα καὶ τελευτήσας, πρὶν ἄρξαδα βασιλείας ἀλη-
„θεῖς. εἰ δὲ καὶ ποτε ἐκεῖνος τελευτήσει· πότε δὲ ἀν γε-
„νθάδα τέτο; παντάπασιν αὐτῷ τὴν ἀπόλαυσιν τῆς δια-
„δοχῆς γενέσθαι σύντομον. ὑποβλαστάνει δὲ τὰς τῆς
„ὑδρεᾶς κεφαλὰς, τὰς Αριστοβύλης καὶ Αλεξάνδρου πα-
„νδας. αὐθιζόμενος δὲ αὐτὸν ὑπὸ τῷ πατρός, καὶ τὴν ἐπὶ
„τέκνοις ἐλπίδα. διάδοχον γὰρ οἱ τῶν αὐτῶν τινα παιδῶν
πιμετά τὴν τελευτὴν, ἀλλὰ τὸν Μαριάμην Ηρώδην γε.
„γεραφέναι. καὶ κατὰ τόπο γε παντάπασι παραγγεῖαι,
„οἰόμενον, αὐτῷ καὶ διαθήκας μένεν κυρίας· αὐτὸν γὰρ
„προνοήσεν μηδένα τῆς γενεᾶς ἀπολιπεῖν. ὄντα γε μη
„τῶν πώποτε πατέρων μισοτεκνύτατον Ηρώδην, πολλῷ
„μᾶλλον εἶναι μισάδελφον. δύνα γενν αὐτῷ πρέπην ἐκα-
„τὸν τάλαττα, ἐπὶ τῷ μὴ διαλέγεσθαι Φερέρα. τῇ δὲ
„εἰτέντος, τῇ γὰρ αὐτὸν ἐβλάπτειν; ἀποκρίνασθαι τὸν
„Αντίπατρον, εἴθε πάνθ' ἡμᾶς ἀφελόμενος, γυμνὺς ἐσ-
„σει γε ἔντας. ἀλλὰ ἀμύχανον ἐκΦυγεῖν ὅτῳ Φενικὸν
„Θηρίον, πάρ' ᾧ μήτε Φιλεῖν τινας ἔξεστι Θανερῶς. λάθεσ-
„γεν αἰλλήλοις σύνσομεν, ἐξέσσει δὲ Φαιερῶς, ἐὰν χώμεν
„ποτε ἀνδρῶν Φρόνημας καὶ χειρας.

δ'. Ταῦτα ὅλεγον οἱ βασανίζομενοι, καὶ ὅτι Φερέ-
ρας βεβλεύσατο Φεύγειν μετ' αὐτῶν εἰς Περσίαν. ἐπίστη-
σε δὲ πᾶσιν Ηρώδης τοῖς λογομένοις, ἐκ τῶν ἐκατὸν ταλάν-

3. Seruas autem singulas seorsim torquebat rex. Quae vero iam ante ab omnibus dicta erant, mirifice congruebant, et qua de causa Romam quidem Antipater ex composito peteret, in Peraciam vero Pheroras secederet. nam saepe illos in sermone dixisse; „quod post Alexandrum et Aristobulum, in ipsos eorumque coniuges saeuiturus esset Herodes. non enim alteri alicui parsurum esse, qui Mariannae et ex ea genitis non pepercisset: adeoque satius „esse ab hac bellua quam longissime fugere.” Saepe autem Antipatrum, apud matrem querentem, dixisse; „quod ipse quidem iam incanesceret, pater vero in dies singulos iuuenesceret, seque fortasse prius moriturum, quam vere regnare incipiat; aut si vnam illae discesserit, (quando autem istud futurum?) successionis voluptatem sibi fore breuissimam. Subpullulare autem Hydræ capita, „Alexandi atque Aristobuli filios; sibique spem, quam „de liberis haberet, a patre præcisam esse. quippe non „eorum quemquam post mortem suam, sed Herodem Mariannes filium, haeredem scripsisse. Atque hac in re præsus cum præ senectute delirare, si testamento suo standum arbitraretur: se namque, vt ex eius progenie nemo superesset, curaturum. Quinetiam cum omnes patres, quibus inuisi vnam filii fuerunt, odio vincat Herodes, multo tamen magis eum etiam fratres odisse. quo factum, vt nuper sibi centum dederit talenta, ne cum Pherora colloquia misceret. Cum autem ille diceret: quanam „in re eum laesimus? respondisse Antipatrum: vtinam „cunctis ablatis nos nudos, dummodo viuos, relinqueret. „Verum fieri non posse, vt bestiam caedis adeo aidam „quisquam effugiat, per quam non licet palam aliquos amore prosequi. Itaque nunc occulte conuenimus, li-„cebit autem omnium in conspectu, si vnam viriles ani-„mos manusque habuerimus.

4. Haec tortae cruciataeque dicebant feminæ, quodque Pheroras cum illis in Peraciam fugere cogitasset. vt vero Herodes cunctis, quae dicta erant fidem, haberet,

των. μόνω γαρ Αντιπάτρω διείλεκτο περὶ αὐτῶν. ἀπο-
σκόπτει δὲ σίς τὴν πρώτην ὁ Θυμὸς Δωρίδα, τὴν Αντιπά-
τρος μητέρα· καὶ γυμνάσας αὐτὴν παντὸς ὡς ἐδεδώρητο
κόσμος, πολλῶν δὲ ἦν ταλάντων, ἐνθάλλει δεύτερον. τὰς
δὲ Φερώρα γυναῖκας ἀπὸ τῶν βασάνων ἐτημέλει διηλλαγ-
μένος. ἐπτόπτο δὲ τῷ Φόβῳ, καὶ πέρος πᾶσαν ὑπόνοιαν
ἐξερρίπτετο· πολλάς τε τῶν ψκ αἰτίων εἰλκειν εἰς βασά-
νας, δεδοικώς, μή τινα τῶν αἰτίων παραλίπῃ.

ε'. Κανὸν τότε τρέπεται πέρος τὸν Σαμαρείτην Αντίπα-
τρον, ὃς ἦν ἐπίτροπος Αντιπάτρος. βασανίζων δὲ αὐτὸν
ῆκοστον, ὅτι μεταπέμψατο μὲν Αντιπάτρος ἐξ Αἰγύπτου
δηλητήριον Φάρμακον ἐπ' αὐτὸν, διά τινος τῶν ἑταίρων Αν-
τίφιλος, λάβοι δὲ παρ' ἐκείνῳ Θευδίων ὁ Θεος Αντιπάτρος,
καὶ παραδοῖ Φερώρα. τότε γαρ ἐντείλαθε τὸν Αντίπα-
τρον, Ηρώδην ἀνθλεῖν, ὡς αὐτός ἐστιν ἐν Ράμῃ τῆς ὑπο-
νοίας κεχωρισμένος. Φερώραν δὲ παραδέθει τῇ γυναικὶ
τὸ Φάρμακον. ταύτην ὁ βασιλεὺς μεταπεμψάμενος αὐτί-
κα τὸ ληφθὲν ἐκέλευσε κομίζειν. ἡ δὲ ἐξεισιν ὡς κομιζόσα,
ρίπτει δὲ αὐτὴν ἀπὸ τῆς τέγης, τὸν τε ἔλογχον καὶ τὴν ἐκ
τῆς βασιλέως αἰκίαν φθάνεισα. προνοίᾳ δὲ, ὡς δοκεῖ, Θεοῦ,
μετίοντος Αντιπάτρον, ψκ ἐπὶ κεφαλὴν, ἀλλ' ἐπὶ θάτερα
πεσθσα διατάξεται. κομιδεῖσαν δὲ αὐτὴν ὁ βασιλεὺς
ἀνακτησάμενος, κεκάρωτο γαρ ἐκ τῆς πτώματος, ἡρώτα,
δι' ἧν αἰτίαν ρίψειν ἔσειται, εἰ μὲν εἴποι τάληθες, αφῆ-
σαι πάσης τιμωρίας ἐπομνύμενος, εἰ δὲ ὑποσείλατο, δα-
πανήσειν αὐτῆς ἐν βασάνοις τὸ σῶμα, καὶ μηδὲ τάφῳ
καταλείψειν.

σ'. Πρὸς ταῦτα ἡ γυνὴ διαλιπῆσα μηρόν· „καὶ τί^ς
„γαρ, εἶπεν, ἔτι Φείδομα τῶν ἀπορρήτων, Φερώρα τεθνε-
„τος, ἡ σοῆσσα τὸν ἀπολέσαντα πάντας ήμας Αντίπα-
„τρον; ἄκη, βασιλεῦ, καὶ μετὰ σὺ Θεὸς, μάρτυς ἐμοὶ^ς
„τῆς ἀληθείας, πλανηθῆνα μὴ δυνάμενος. ὅτε ἀπεθνή-
„σκοντι Φερώρα παρεκαθέδεις δεδακευμένος, τότε με
„πρεσβυτελεσάμενος ἐκῆνος· ἡ πολύ γε, ὅφη, γύναι, τῆς

fecit centum talentorum mentio. nam de istis soli Antipatro quidquam dixerat. Igitur ante alios in Doridem Antipatri matrem furor eius inuasit; eamque omni ornatu, quem ei donauerat quique multorum erat talentorum, spoliatam, foras iterum eiicit. deinde Pherorae mulieres ex tormentis recreabat, illis iam reconciliatus. Metu autem consternatus erat, et ad omnem suspicionis auram excitabatur: multosque innocentis in tormenta trahebat, veritus, ne quem nocentem praetermitteret.

5. Hinc ad Antipatrum Samaritanum se conuertit, qui procurator erat Antipatri regis filii. et ex ipso in quaestione dato audiuit, Antipatrum quidem ex Aegypto accersuisse venenum ad patrem necandum, per animum quendam Antiphilum, idque ab eo Antipatri auunculum accepisse Theudionem, ac Pherorae tradidisse. huic enim mandasse Antipatrum, ut Herodeum occideret, dum ipse Romae esset procul ab omni suspicione: Pheroram vero venenum vxori suae dedisse seruandum. Hanc rex cum acciuisset, statim, quod acceperat, asserre iubet. illa vero, quasi allatura quod petebatur, egreditur, et seipsam de tecto praecepit, ut rei indicium et cruciatus a rege infligendos praeueniret. Sed prouidentia Dei, ut apparuit, repetentis poenas ab Antipatro, non in caput, sed in alias corporis partes delata, mortem effugit. Cum autem ad regem apportata recrearetur, (nam ex alto decidens manu correpta erat) rex eam interrogabat, qua de causa seipsam deieciisset, iuratque, se vera dicenti omne supplicium remissum, si aliquid de veritate celaret, corpus eius tormentis absunturum esse, neque sepulturae quidquam relicturum.

6. Ad haec mulier, cum paulisper tacuisset: „quid, „inquit, abstinerem a secretis prodendis, Pherora iam mortuo, aut ut seruarem Antipatrum, qui nos omnes perditum „ibit? Audi, rex, et tecum Deus testis mihi veritatis, qui „falli non potest. Cum in lacrymas effusus morienti assideres Pherorae, tunc ille mihi ad se vocatae dicebat: nac, „ego, o coniux, vehementer errabam de fratrib erga me

„τις ἐμαυτὸν διανοίας τῇ ἀδελφῷ διῆμαρτον, τὸν δὲ τὸ σέξ-
νγοντα μισήσας, καὶ πτενοῖ βεβλευσάμενος τὸν· διτος δὲ
„έμοι μηδὲ τεθνεῖτε πω συγχεόμενον. ἀλλ’ ὅγε μὲν
„ἀπέχω τῆς ἀσεβείας τὸ ἐπιτίμιον· σὺ δὲ ὁ Φυλάττεις
„κατ’ αὐτὸν Φάρμακον ὑπ’ Αντιπάτρῳ καταλειφθὲν ἡμῖν
„Φέρες, καὶ βλέποντός με ταχέως ἀράντον, ἵνα μὴ καὶ
ηκαθ’ ἄδεια φέροιμι τὸν ἀλάσορα. κελεύσαντος ἐκόμισσα,
„καὶ πλεῖστον μὲν εἰς τὸ πῦρ οξώντος αὐτὸν κατεκένωσα,
„Βεραχὸν δὲ ἐμαυτὴ πρὸς τὰ ἀδηλα καὶ τὸν ἐπὶ Φόβον
νέτηρησσα.

ζ'. Ταῦτα εἰπὼν προσκομίζει τὴν πυξίδα, Βεραχὸν
παντάπασιν ἔχθιν τῇ Φάρμακος. Βασιλεὺς δὲ ἐπὶ τὴν
μητέρα τὴν Αντίφιλην καὶ τὸν ἀδελφὸν τὰς βασάνις μετέ-
φεγέ. κακῶνοι τὸν Αντίφιλον κομίσας τε αἱτί Αἰγύπτῳ τὴν
πυξίδα ώμολόγην, καὶ λαβεῖν παρ’ ἀδελφῷ τὸ Φάρμακον
ἔφασκον, ιατρεύοντος ἐν Αλεξανδρείᾳ. περιβούντες δὲ οἱ
Αλεξανδρεῖς καὶ Αριστοβέλοις δαίμονες ἀπαν τὸ βασίλειον,
δρευντάμ τε καὶ μπνυτάμ τῶν αἰδήλων ἐγένοντο, τέσ τε πορ-
ρωτάτῳ τῆς ὑποψίας ἀντας ἔσυξον εἰς τὰς ἐλέγυχας. εὑρί-
σκεται γάν καὶ ἡ τῇ ἀρχιερέως Θυγάτηρ Μαριάμη τῆς
ἐπιβεβλῆς συνίσταρ. βασανίζουμενοι τῷτο ἀπέδειξαν καὶ αὐ-
τῆς οἱ ἀδελφοί. βασιλεὺς δὲ τῆς μητρώας τόλμης καὶ τὸν
εἰὸν ἡμύνατο. τὸν γάν ἐξ αὐτῆς Ηέωδην, ὃντα διάδοχον
Αντιπάτρῳ, τῆς διαθήκης ἐξήλεγκεν.

ΚΕΦ. λα'.

Τπὸ Βαθύλλῳ ἐλέγυχεται Αντίπατρος. τῦτο δὲ σύγνοιαν ἀπὸ
τῆς Ρώμης ἀναγρέθει. δίκην αὐτῷ ἐπάγει Ηέωδης.

ΕΠΙ τύτοις καὶ Βαθύλλος εἰς τὰς ἐλέγυχας συνέδραμεν,
ἡ τελευταία πίτις τῶν Αντιπάτρων βεβλευμένων. ἦν μὲν
γὰρ ἀπελεύθερος αὐτῷ. κομίζων δὲ ἦκεν ἄλλο δηλητή-
ριον, ἰὼς ἀσπιδῶν, καὶ χυλὸς ἐτέρων ἐρπετῶν. Ἰν, εἰ το
πρῶτον ἀδενήσῃ Φάρμακον, τάτῳ Φερώρεις μετὰ τῆς γυ-

, animo, qui eum ita me ainqantem oderim, et necare co-
 ,,,gitauerim adeo ob mei necdum mortui vicem conturba-
 ,,,tum. Sed ego quidem impietatis pretium fero: tu ve-
 ,,,ro quod ei paratum seruas, nobis ab Antipatro relictum,
 ,,,venenum, age affer, et me spectante continuo absume,
 ,,,ne apud inferos quoque feram conscientiam sceleris vin-
 ,,,digem. Cum iussisset, attuli; et illud quidem maxima
 ,,,ex parte eius in conspectu in ignem exinanui, ipsa vero
 ,,,modicum in incerta vitae, et quia te metuerein, mihi-
 ,,,met reseruaui.

7. Ista loquuta, pyxidem afferit, et in ea paululum
 admodum veneni. Rex autem matri fratrique Antiphili
 quaestionem adhibuit. Atque illi et Antiphilum ex Æ-
 gypto pyxidem attulisse fatebantur, et venenum a fratre,
 Alexandriae medicinam exercente, accepisse dicebant.
 Regiam autem omnem circumeuntes Alexandri et Aristobu-
 li manes, rerum incertarum inquisidores facti sunt et
 indices, atque eos, qui a suspicione longissime aberant, ad
 examen vocabant. adeoque Mariamne pontificis filia de-
 prehensa est insidiarum conscientia. id quod fratres ipsius
 torti declararunt. Rex autem etiam in filio vindica-
 vit matris audaciam; quippe Herodem ex ea geni-
 tute, patrisque successorem factum, e testamento ex-
 punxit.

CAP. XXXI.

*A Bathyllo indicatus Antipater; sed illud nesciens, Roma
 reuertitur. Herodes illi diem dicit.*

POST haec etiam Bathyllus in ista indicia concurre-
 bat, qui postremus ea confirmabat, quae animo agitaue-
 rat Antipater. Namque is erat quidem libertus eius.
 veniebat autem et aliud secum venenum adducens, virus
 aspidum, aliorumque serpentum succos, vt, si prius pa-
 ruin valuerit pharmacum, hoc se Pheroras cum sua con-

ναικὸς ὁπλίσατο κατὰ τὴν Βασιλέως. πάρεργον δὲ τῆς ἀπὸ τὸν πατέρα τόλμης ἐκόμιζε τὰς κατὰ τῶν ἀδελφῶν ἀπεινωρημένας ἐπισολὰς ὑπὸ Αντίπατρος. ἵστη δὲ Λεχέλαος καὶ Φίλιππος Βασιλέως παῖδες ἐπὶ Ρώμης παιδεύεινοι, μειράκιά τε ἥδη καὶ Φρενήματος μετοί. τάχει, ἐπανακύπτοντας αὐτῷ ταῖς ἐλπίσιν, ἀποτινευάσαθαι σπεύδων Αντίπατρος, ἃς μὲν πλάσσεται κατ’ αὐτῶν ἐπισολὰς ἔξ ονόματος τῶν ἐπὶ Ρώμης Φίλων· ἣς δὲ πείθει γεάψα φίλαφθείρας χερήμασιν, ὡς πολλὰ μὲν βλασφημοῖσιν τὸν πατέρα, Φανερᾶς δὲ Αλέξανδρον καὶ Δεισόβουλον ὁδύζοντο, πρὸς ταῦτα μετάκλησιν ἀγανακτοῦσιν. ἥδη δὲ αὐτὸς ὁ πατὴρ μετεπέμπετο, καὶ τότο ἦν μάλιστα ταράσσον Αντίπατρον.

β'. Ετι δὲ καὶ πρὸς τῆς ἀποδημίας, ἐν Ιεδαίᾳ μὲν, τοιαύτας κατ’ αὐτῶν ἀπὸ Ρώμης πήγορῃ ἐπισολὰς, καὶ προστὰν τέως αἰνύποπτος ἦν τῷ πατερὶ, περὶ τῶν ἀδελφῶν δὲ ἀπελογεῖτο, τὰ μὲν φευδῆ λόγῳ τῶν εἶναι τῶν γεραφομένων, τὰ δὲ νεότητος ἀμαρτήματα. τηνικαῦτα γε μὴν τοῖς γεάφσοι κατὰ τῶν ἀδελφῶν πλεῖστα δέ τις χεῖματα, συμφύειν ἐπειράτο τὸν ἐλέγχον, ἐδῆτας πολυτολεῖς, καὶ τρωματὶς ποικίλας, ἐκπώματά τε ἀργυρᾶ καὶ χρυσᾶ συνωνύμενος, ἄλλα τε πολλὰ τῶν κειμηλίων, ἵνα τῷ πλήθει τῆς εἰς ταῦτα δαπάνης τὰς εἰς ἐκεῖνα μισθὺς ἀγκατακεύψῃ. διακόσια γάν τανάλωμάτος αἰνύνεγκε τάλαντα, καὶ τάτων μεγίστη πρεσφασίς ἦν ἡ πρὸς Συλλαῖον δίκη. πάντων δὲ αὐτῷ τότε καὶ τῶν βεαχυτέρων ἐν τῷ μεί. ζονι κακῷ διακαλυφθέντων, ὅτε αἱ μὲν Βάσανοι πᾶσαν τὴν πατροκτονίαν, αἱ δὲ ἐπισολαὶ δευτέρας ἀδελφοκτονίας κεκράγεσσαν, ὅμως ὀδεῖς τῶν εἰς Ρώμην ἀφίκινεμένων ἀπήγγειλεν αὐτῷ τὰς ἐν Ιεδαίᾳ τύχας, καίτοι μεταξὺ τῶν ἐλέγχων καὶ τῆς ἐπανόδης διελθόντων ἐπτὰ μηναν. τοσῶτον πρὸς ισώτον ἐκ πάντων μῆσος ἦν. τάχα δὲ καὶ τὰς ἀπαγγέλλειν προαιρεμένας εἰ τῶν αἰνηρημένων δαίμονες ἀδελφῶν ἐφίμων. γεάφη γάν ἀπὸ Ρώμης ἀφιξεν αὐτῷ

iuge in regem armaret. Verum praeter hoc quicquid erat audacie in patrem, secum asserebat epistolas aduersum fratres ab Antipatro compositas. Erant autem Archelaus et Philippus regis filii Romae instituti, iam adolescentuli magnique animi. Istos, quod ultra speim suam sese origerent, tollere festinans Antipater, quasdam in eos literas ipse quidem comminiscitur, amicorum nomine Romae degentium: aliis autem pecunia corruptis scribere persuadet, quod multis patrem maledictis carperent, palamque Alexandrum et Aristobolum lamentarentur, seque demum revocatos esse grauiter ferrent. iam enim pater eos accersiverat: id quod maxime Antipatrum perturbabat.

2. Quinetiam priusquam Romam proficeretur, cum in Iudea adhuc esset Antipater, eiusmodi literas Roma contra eos mittendas esse pecunia procurabat; aditoque patre, qui tunc nullam de eo suspicionem habebat, fratres etiam excusabat, nonnulla quidem ex iis, quae scripta erant, falsa esse dicens, alia vero adolescentiae peccata esse. Caeterum, cum eodem tempore scriptoribus epistolarum aduersus fratres plurima donasset, confundere tentabat sumtuum indicia, vestes pretiosas et stragula varia, poculaque argentea et aurea coemendo, aliaque quamplurima instrumenta, ut magnitudine pecuniarum, in ea impensarum, mercedem falsariis erogatam celaret. Denique ducenta talenta retulit expensa, atque eo praeceps nomine sumtus factos simulabat, quod causam aduersus Syllacum agendam haberet. Vniuersis autem, quae patrauerat, etiam minoribus, ex maiori facinore tunc patefactis, cum omnes quidem quaestiones habitae de parricidio, epistole vero de iteratis fraticidiis clamarent, nemo tamen eorum, qui Romam aduenerant, ei nunciauit, quam calamitosae res eius in Iudea essent, quamuis inter indicia facta eiusque redditum septem menses effluxerint. tanto quippe omnium odio flagrabat. Fortasse autem etiam quibus in animo erat eum de ipsis certiore facere, os illis obturarent fratrium interfectorum manes. scribit itaque ab urbe Româ, continuo se venturum esse nun-

ταχεῖαν εὐαγγελιζόμενος, καὶ ὡς ὑπὸ Καίσαρος μετὰ της
μῆς ἀπολυθεῖ.

γ'. Βασιλεὺς δὲ εἰς χειρας λαβῶν σπεύδων τὸν ἐπί-
βυλον, καὶ δεδουκῶς, μή ποτε προγυνάς Φιλάξηται, δι'
ἐπιστολῶν ἀνθυπεριόνετο, τά τε ἄλλα Φιλοφρονθύμενος,
καὶ σπεύδεν παρακαλῶν. Θύσεων γὰρ αὐτῷ καὶ ταῖς
πρὸς τὴν μητέρα μέμψεις ἐπειχθέντος· ἢ γὰρ ἥγνοις τὴν
ἐκβολὴν τῆς μητρὸς Αντίπατρος. πρότερον μὲν δὲ σιλήφει
τὴν περὶ τῆς Φερώνα τελευτῆς ἐπιστολὴν ἐν Τάραντι, καὶ
μέργυστον ἐποίησατο πένθος, δικαίως δέ τοι θεά καθύ-
μναν. ἦν δὲ, ὡς ἔοικεν, ἐπὶ διαμαρτία τῆς ἐπιβύλης ἡ σύγη-
χυσις, καὶ ἢ Φερώνα κλαίοντος, ἀλλὰ τὸν ὑπηρέτην.
ηδη δὲ καὶ Φόβος ἐπήσει τις αὐτὸν τῶν τετελεσμένων, μή
ποτε Φωραδέην τὸ Φάρμακον. τότε δὲ ἐν Κιλικίᾳ λαβῶν
ἢν προσεηγημένη παρὰ τῷ πατρὸς ἐπιστολὴν, παραχειρίσα-
μένην δισπευδεῖν. ὡς δὲ σίς Κελεύθεριν κατέπλει, λαμβάνει
τὶς αὐτὸν ἔννοιαν τῶν περὶ τὴν μητέρα κακῶν, προμαντευο-
μένης ἡδη καθ' ἑαυτὴν τῆς ψυχῆς. οἱ μὲν δὲ προμηθέεροι
τῶν Φίλων συνεβύλευον, μὴ πρότερον ἐμπίπτειν τῷ πα-
τερὶ, περὶν πυθέαται σαφῶς, δι' αἷς αἵτίας ἐξέβαλεν αὐτῷ
τὴν μητέρα. δεδένει γὰρ, μή ποτε προδήμη γένοιτο τῶν
κατ' ἐκείνης διαβολῶν. οἱ δὲ ἀσκεπτότεροι, καὶ τὴν πα-
τερίδα σπεύδοντες ἰδεῖν μᾶλλον, ἢ τὸ συμφέρον Αντιπά-
τρῳ σκοπεύντες, ἐπείγονται παρέην, καὶ μὴ τῇ μελλόντῃ
παραχεῖν τῷ πατερὶ μὲν ὑποψίαν Φαύλην, τοῖς διαβάλ-
λυσι δὲ ἀΦορεμόν. καὶ γὰρ νῦν, εἴ τι κεκίνηται κατ' αὐτῷ,
παρὰ τὴν ἀπωσίαν γεγονέναι. μηδὲ γὰρ ἀν τολμῆσαι,
παρέστος. ἀτοπον δὲ εἶναι, δι' αὖλος ὑποψίας προδῆ-
λων ἀγαθῶν σερίσκεσθαι, καὶ μὴ θάττον ἀποδεῦναι μὲν
ἕαυτὸν τῷ πατερὶ, κομίσασθαι δὲ τὴν βασιλείαν, ἐπ' αὐ-
τῷ μόνῳ σαλεύσαν. πείθεται τέτοις, ἐνηγε γὰρ τὸ δαι-
μόνιον. καὶ διαπεράστας σίς τὸν Σεβαστὸν τὸν λιμένα τῆς
Καισαρείας κατάγεται.

δ'. Παρυπήνησε δὲ αὐτῷ παρὰ δόξαν ἐρημία πελλή,

eians, quodque honorifice admodum dimittendus esset a Caesare.

3. Rex autem, ardenter cupiens sibi in manus dari insidiatorem, veritusque, ne, si quid praescisset, sibi met ab ipso caueret, e contra literis simulatorem agebat, caetera benevolentiam pree se fereus, vtque redditum maturaret orans atque obsecrans. fore enim, vt, itinere accelerato, missum faciat querelas aduersus matrem. nam in matrem suam e regia electam esse non ignorabat Antipater. Et prius quidem Tarenti literas acceperat de morte Pherorae, et maximum edidit luctum, id quod nonnulli quasi ob patruum factum laudabant. Verum, quantum coniicere datum est, causa conturbationis erat, quod insidiae proposito non cesserant, neque tam Pherorai lugebat, quam malificiorum ministrum. Praeterea ob ea, quae confecerat, metus eum occupabat, ne forte deprehenderetur venenum. Tunc autem in Cilicia literis a patre, vt iam ante diximus, acceptis, statim quideam festinabat. Vbi vero in Celenderim nati aduectus erat, subiit cum quaedam de matris calamitate cogitatio, anima ex seipsa mali aliquid praefagiente. Et amicorum quidem prudentiores ei consulebant, ne prius patrem conueniret, quam pro certo cognosceret, quibus ex causis matrem eius regia pepulisset: quippe ipsos in metu esse, ne fiat accessio ad crimina matri obiecta. Qui vero minus prouidi erant parumque cauti, et patriae visendae cupidi magis, quam quid Antipatrum in rem esset considerantes, hortabantur, vt properaret, et non ex cunctatione patri quideam prauae suspicionis causam praebaret, anfain vero calunniantibus daret. Etenim nunc si quid contra eum motum fuerit, ex absentia eius ortum cepisse; neque quemquam id ausum esse, eo praesente. Absurdum autem videri, propter suspiciones incertas certis exui bonis; neque mature se patri reddere, ab eoque regnum accipere, in eo solo fluctuans. Paruit his Antipater, impellente Dei numine: cumque inde mare transiisset, in Sebastum Caesareae portum vehitur.

4. Illic autem praeter opinionem offendit maximam

πάντων ἐκτρεπομένων, καὶ μηδενὸς προσιέναι τολμῶντος. ἐμισῆτο μὲν γὰρ ἐπίστης, καὶ τότε Φανῆνα τὸ μῖσος ἔσχε παρῆργάν. πολλὰς δὲ ὁ ἐκ τῆς Βασιλέως Φύβος ἀπέτρεψεν, ἐπειδὴ πᾶσα πόλις ἥδη τῆς κατὰ Αντίπατρος Φύμης πεπλήρωτο, καὶ μόνος ἤγνοις τὰ καθ' ἑαυτὸν Αντίπατρος. Ὅτε γὰρ προεπέμφθη λαμπρότερον τις ἐκείνες πλέοντος ἐπὶ Ρώμης, Ὅτε ἀτίμοτερον ὑπεδέχθη. ὁ δὲ ἥδη μὲν ὑπενόι τὰς οἰκοι συμΦοράς, ἔτι δὲ πανηγυρίᾳ ὑπεκρύπτετο. καὶ τῷ δέει τεθνηκὼς ἔνδοθεν, σοθαρός εἰναι τὸ πρόσωπον ἐβιάζετο. Φυγὴ δὲ ἦν ὕκκτη, ὃδε ἐκ τῶν περιεχόντων ἀνάδυσις, καὶ σαφὲς μὲν ὃδε ἐκεῖ τι τῶν φίκοθεν ἀπηγγέλλετο διὰ τὴν ἐκ τῆς Βασιλέως ἀπειλήν. ὑπελείπετο δὲ ἐλπὶς ἵλαρωτέρα, τάχα μὲν μηδὲν πεφωρᾶθαι, τάχα δὲ, εἴ τι καὶ πεφώραται. διασκεδάσεν ἀναδέια καὶ δόλοις, ἀπει ἦν αὐτῷ μόνα τῆς σωτηρίας ἐφόδια.

ε'. Φρεξάμενος ἐν αὐτοῖς, ἤκεν εἰς τὸ Βασίλειον δίχα τῶν Φίλων. ὅτοι γὰρ υἱριθέντες ἐπὶ τῇ περάτῃ πυλῶνος εἰρχθησαν. ἔτυχε δὲ ἔνδον ὃν ὁ τῆς Συρίας ἥγεμων Οὔαρος. ὁ δὲ εἰσεστι πρὸς τὸν πατέρα, καὶ, τῇ τόλμῃ παραχρεσίσας ἑαυτὸν, ἤγγισεν ὡς ἀσπασόμενος. κακένος, τὰς χεῖρας προβαλὼν καὶ τὴν κεφαλὴν παρακλίνας· „Ἐτιν, „ἐξεβόστε, καὶ τότο πατερότον, τὸ περιπλέκεσθαι μοι „Θέλειν, ἐν τηλικαύταις αἰτίαις ὄντα. Θείρε, δυστεθε- „τάτη κεφαλὴ, μηδέ μι ψαύσῃς, πρὸν ἀποσκευάσαθαι „τὰ ἐγκλήματα. δίδωμι δὲ σοὶ δικαίους καὶ δικαστὴν „εὐκαλέως ἱκοντα, Οὔαρον. Ἰδι, καὶ σκέπτη τὴν ἀπολο- „γίαν εἰς αὐξιον. παρέχω γάρ σοι καὶ ζὸν τοῖς πανηγυ- „μασι.” πρὸς ταῦτα μηδὲν ὑπ' ἐκπλήξεως ἀποκρίνασθαι δυνηθεὶς αὐτὸς, ὑπέσχεψε. παραγενόμενα δὲ πρὸς αὐτὸν, διηγήσαντο πάντας τὰς ἐλέγχους, ἢ τε μήτηρ καὶ ἡ γυνή· καὶ τότε μὲν ἀνανήψει, ἐν σκέψει τῆς ἀπολογίας ἡ-

solitudinem, utpote quod omnes eum deuitarent, nec quisquam auderet ad eum accedere. nam similiter omnibus erat iniurias, et tunc nemo subueritus est suum prodere odium. Multos autem auertebat metus a rege incusus: quoniam omnes iam ciuitates impleuerat fama Antipatro aduersa, solusque, de se quid ageretur, ignorabat Antipater. Nec enim vel clarius eo quisquam deductus est cum Romam nauigaret, vel minus honorifice inde suscepimus est. Caeterum ille cum iam aliquid suspicaretur de calamitate eum domi manente, adhuc tamen omnia callide dissimulabat, cumque interius fere mortuus esset praemetu, coactus est vultum prae se ferre arrogantem. nulla autem fugae via patebat, nec potuit e malis, quibus circumdatus erat, euadere: et nihil quidem certi de domo etiam illic nunciabatur propter minas a rege intentatas: spei vero aliquid laetioris relictum erat, aut nihil forsitan deprehensum esse, aut si quid fuerit deprehensum, forsitan fore, ut illud discuteret impudentia et astutia; quae solae ei in salutem cedere poterant.

5. Itaque istis instructus munitusque in regiam intrabat absque amicis: nam illi ad primam ianuam contumeliose repulsi erant. Intus autem forte aderat Varus Syriae praeses. Caeterum ad patrem ingreditur Antipater; confirmatusque audacia, velut eius salutandi causa, propius accedebat. Atqui ille protensis manibus et capite auerso, exclamauit: „et hoc parricidae est, qui me amplexari velit, „tot criminibus implicitus. Dispereas, nequissimum caput, „et ne me tange, priusquam tibi obiecta diluas. Dabo tibi „forum iudiciale, et iudicem, qui opportune praesens adest, „Varum. Abi, et de tui defensione in diemcrastinum cogita. Nam tibi ad versutias colligendas tempus concedo.“ Ad ista ille animo consternatus, quia nihil respondere potuit, foras se recepit. Cum autem ad eum venissent mater et vxor, ei omnia exposuerunt indicia. et tunc quidem exasperatus, cogitare coepit, quo pacto sese defenderer.

ΚΕΦ. ΛΒ'.

Ἐπὶ Οὐάρος κατηγορεῖται Αντίπατρος, καὶ ἐλέγχοις Φανερωταῖς ἐπίβλοις εὑρίσκεται. τιμωρίαν ανεβάλλεται Ηεώδης, ἔως ἂν ραιση, καὶ ἐν τάτῳ τὴν διαθήκην μεταγράφει.

ΤΗ δὲ ἐπιόση συνέδριον μὲν ὁ βασιλεὺς ἀθροίζει τῶν συγγενῶν καὶ Φίλων, εἰσκαλεῖ δὲ καὶ τὸν Αντίπατρον Φλαβίονα· προκαθέζεται δὲ αὐτὸς ἄμα Οὐάρῳ, καὶ τὰς μηνατὰς ἀπαντας ἐκέλευσεν εἰσαγαγεῖν. ἐν οἷς εἰσῆχθοσαν καὶ τῆς Αντίπατρος μητρὸς οἰκέται τινες, οἱ πρὸ πολλῷ συνελήμανοι, γεράμιατα κομίζοντες ἀπὸ αὐτῆς πρὸς τὸν οἶον τοιάδε· „Ἐπέπειρ πεφωρεῖται πάντα, ἐκεῖνα παρεῖ πτῶ πατέρι σθ, μὴ παρειγίνω πρὸς αὐτὸν, ἀν μὴ τινα πονεῖσθη παρεῖ Καίσαρος δύναμιν.” τάτων σὺν τοῖς ἄλλοις εἰσηγμένον, Αντίπατρος εἰσέρχεται, καὶ πεσῶν περηνῆς πρὸ τῶν ποδῶν τῷ πατρὸς, „ἰκετεύω, πάτερ, ὦ Φη., μηδὲν οὐδὲ προκατεγνωκένα, παρεστήσειν δέ μοι τὰς ἀκοὰς ἀκεράσιας εἰς τὴν ἀπολογίαν. ἀποδεῖξω γὰρ ἐμαυτὸν καθαίνειν, ἀν σὺ θέλῃς.

β. Ο δὲ αὐτῷ στγῶν ἐγκραγῶν πρὸς τὸν Οὐάρον εἰπεν· „Αλλ’ ὅτι μὲν καὶ σὺ, Οὐάρε, καὶ πᾶς δικαστὴς ὕστιος, Αντίπατρον ἐξώλη κρίνει, πέπεισμα. δέδοικα δὲ, μὴ καρπὸν μισθίσῃς τὴν τύχην, καμὲ κρίνης πάστης ἀξιού συμφορᾶς, τοιώτας οὐδὲ γεγενηκότα. χρὴ δέ με διὰ ταῦτο ἐλεεῖθα μᾶλλον, ὅτι πρὸς ὅτῳ μιαρὺς καὶ Φιλοφερούτατος πατήρ ἐγενόμην. τὰς μὲν γὰρ προτέρευς θασιλείας τε ἔτι νέας ἀξιώσας, καὶ, πρὸς τοῖς ἐν Ρώμῃ τροφείοις, Φίλως Καίσαρος γηλωτάς τε ποιήσας βασιλεὺησιν ἐτέροις, εὑρὸν ἐπιβάλλεις, οἱ τε θυγάτερες τὸ πλέον Αἰτιπάτρῳ. νέω γὰρ ὅντι καὶ διαδόχῳ, τάτῳ μάλιστα τὴν ἀσφάλειαν ἐποριζόμην. τὸ δὲ μιαρὸν τάτῳ θηρίον, τῆς ἔμπεις ὑπερεμπληθόδου ἀνεξικαίας, ἥνεγκε κατέβιτο τὸ κόρον. ὅδοις αὖτοῦ πολὺν γῆν χρέον, καὶ τὸ ἐμὸν

CAP. XXXII.

Apud Varum accusatus Antipater, manifestissimis indiciis conuincitur. Supplicium eius differt Herodes, donec ipse conualescat, et interea testamentum corrigit.

Die autem sequente concilium cogit rex cognatorum et amicorum, insuper et Antipatri amicos aduocat. Ipse autem cum Varo concilio praesidet, et indices cunctos adduci iussit; in quibus adducti erant etiam serui quidam in matris Antipatri non multo ante comprehensi, ab ea ad filium deportantes huiuscemodi literas: „Quandoquidem ista omnia patri tuo comperta sunt; caue ad eum venias, nisi auxilium a Caesare impetraveris.“ His simul cum aliis introductis, ingreditur Antipater: cumque pronus ante pedes patris cecidisset: „Oro, inquit, pater, ne me ante tempus condemnatum habeas, sed aures integras et incorruptas meae defensioni adhibeas. Nam memet, si tu velis, sceleris purum demonstrabo.

2. Herodes autem, cum alta voce Antipatro silentium imperasset, ad Varum dicebat: „At enim nullus dubito, quin et tu quideam, Vare, et quiuis iustus iudex, Antipatrum hominem perditissimum pronunciabis. Non nihil tamen veritus sum, ne mea quoque tibi inuisa sit fortuna, omnique calamitate me dignum censeas, qui eiusmodi filios genuerim. Verum ob hoc mei potius miseratione commoueri debes, quod liberorum adeo scelerum pater amantissimus fuerim. Nam et filios priores, quos, dum adhuc essent adolescentuli, mei in regno successores constitueram, et quos, ne quid dicam de praemijis educationis Romae persolutis, Caesaris amicos aliquique regibus induidendos feceram, cum in mei insidiatores inuenissem, e medio sustuli in Antipatri gratiam. Huic enim, utpote iuueni et successori, securitatem modis omnibus praeflari volui. At nefaria haec bellua, mea patientia supra modum expleta, in me satietatem suam profudit. Nam et ipsi diu viuere visus sum, meaque gratiter

„γῆρας ὑβρινθη, Βασιλεύς τὸν ὑπέμενεν, εἰ μὴ διὰ
 τοῦ πατροκτονίας, γενέθη. δίκαια τε βλευσάμενος. δτο
 καταγαγὼν αὐτὸν ἐν τῇ χώρᾳ ἀπερρίμμενον, καὶ παρ-
 ὠσάμενος τὸς ἐκ Βασιλίδος μοι γενενημένης, ἀπέδε-
 „ξα τῆς ἀρχῆς διάδοχον. ἔξομολογημάτιον, Οὐαρε,
 „τὴν ἐμαυτῷ Φρενοβλάβενα. ἕγω τὸς νιψές ἐκένεις κατ’
 „ἐμαυτῷ παρέξυνα, δικαίας αὐτῶν ἀποκόψας ἐλπίδας,
 „δι’ Αντίπατρου. καὶ τί μὲν ἐκένεις πύρεγέτησα τηλικῆ-
 „τον, ἥλικον τέτον; ὡς γε δῶν μὲν ὀλίγη δὲν παρεκχώρη-
 „σα τῆς ἐξουσίας, Φανερῶς δὲ ταῖς διαθήκαις ἐνέγραψα
 „τῆς ἀρχῆς διάδοχον, καὶ προσόδον μὲν ιδίᾳ πεντήκοντα
 „ταλάντων ἔγειρα, τῶν δὲ ἐμῶν ἔχογενησα χειριάτων
 „ἀνέδην, πλέοντι δὲ νῦν εἰς Ρώμην ἔδωκα τριακόσια τά-
 „λαντα. Καίσαρι δὲ ἐξ ὅλης τῆς γενεᾶς μόνον ὡς σωτῆρα
 „τοῦ πατρὸς παρεθέμην. τί δὲ ἐκένειοι τοιότον ἡσέβησαν,
 „οἶον Αντίπατρος; η τίς ἔλεγχος ἡνέχθη κατ’ αὐτῶν,
 „ἥλικος ἀποδείκνυσι τέτον ἐπίβιτον; ἀλλὰ Φθέγγυε-
 „δάμα τι τετόλμηκεν ὁ πατροκτόνος, καὶ πάλιν δόλοις
 „τὴν ἀλήθειαν ἐπικαλύψει ἐλπίζει. Οὐαρε, σοὶ Φι-
 „λακτέον. ἕγω γὰρ οἵδε τὸ Θηρίον, καὶ προσῳδία τὴν
 „μέλλονταν ἀξιοπιστίαν, καὶ τὸν ἐπίπλασον ὀλοφυρμόν.
 „ὕτος ἔστιν ὁ παραινῶν ἐμοί ποτε Φιλάττεθεα ζῶντα
 „Αλέξανδρον, καὶ μὴ πᾶσι πιεύειν τὸ σῶμα. Ὅτος ὁ
 „μέχρι τῆς κοίτης εἰσάγων, καὶ μὴ μέ τις ἐνεδεσνοί περι-
 „βλέπων. Ὅτος ὁ ταμίας τῶν ὑπνῶν, καὶ χαρηγὸς τῆς
 „ἀμεριμνίας, ὁ παραμυθόμενος τὴν ἐπὶ τοῖς ἀνηρημέ-
 „νοις λύπην, καὶ διακρίνων τὴν τῶν ζώντων εὔνοιαν ἀδελε-
 „Φῶν, ὁ ὑπερασπιτής ὁ ἐμὸς, ὁ σωματοφύλακ. ὅταν
 „ἀναμνηθῶ, Οὐαρε, τὸ πανθρηγον ἐν ἐκάστῳ καὶ τὴν ὑπό-
 „κερισιν, ἀπιστία με τῷ ζῆν εἰσέρχεται, καὶ θαυμάζω,
 „πῶς ὅταν Βαθὺν ἐπίβιτον διέΦυγον. ἀλλ’ ἐπεὶ δαίμων
 „τις ἐξερημοὶ τὸν ἐμὸν οἶκον, καὶ μοι τὰς Φιλατάτις ἐπαν-
 „τησιν ἀσί, κλαύσομαι μὲν ἕγω τὴν ἄδικον εἰμαρμένην,
 „καὶ κατ’ ἐμαυτὸν σενάξω τὴν ἐρημίαν. διαΦεύξεται δ”

„tulit senectutem, seque regnum adipisci nisi parricidio
 „non passus est. quae non immerito in me statuit, quod
 „eum rejectaneum ex agro accersuerim, et, exclusis, quos
 „mihi regina pepererat, filiis, regni mei successorem decla-
 „rauerim. Tibi, Vare, mentis meae errorem confiteor,
 „Ego filios istos in memet irritaui, quod spes illis Antipa-
 „tri gratia iustas praeciderim. Ecquid beneficii in eos con-
 „tuli, quod non in istum cumulatius effudi? cui viuus et-
 „iam potestate meam paene concessi, plane et aperte in
 „testamento regni successorem scripsi, et seorsum quidein
 „reditum quinquaginta talentorum ei attribui, abunde ve-
 „ro pecuniarum ex meis suppeditaui; et nunc eum Ro-
 „manam nauigaret, trecenta talenta dedi, solumque ex omni
 „familia mea, tanquam patris seruatorem, Caesari com-
 „mendatum esse volui. Ecquid vero illi sceleris eiusmodi
 „admiserunt, quantum Antipater? ecquidue probationis
 „contra eos prolatum, quale hunc insidiatorem esse ar-
 „guit? Verum aliquid proloqui ausus est parricida, sperat-
 „que fore, ut verborum praestigiis rursum occulat verita-
 „tem. Tibi, Vare, cauendum: nam ego istam belluam pro-
 „be noui; et quam sit verisimilia dicturus iam nunc pro-
 „spicio, fletusque eius simulatos. Hic est, qui me quondam
 „monebat, ut Alexandrum, cum in viuis esset, cauerem, ne
 „que corpus meum omnibus crederem. Hic est, qui usque
 „ad cubile meum ingredi solebat, et circumspicere, ne quis
 „mihi forte parasset insidias. Hic est, qui somnos meos cu-
 „rabat, et mihi securitatem praestabat, et qui mihi occiso-
 „rum vicem dolenti consolationem adhiberet, et de fratum
 „vuentium benevolentia diiudicaret, mei propugnator, et
 „corporis custos. Cum, Vare, in mentem reuoco, quantus
 „in unaquaque re sit veterator, et quam egregius simulator,
 „vix me credo viuere, et mirari subit, quo pacto suminum
 „adeo insidiatorem effugerim. Quandoquidem vero Deus
 „aliquis dominum meum defolare videatur, mihique dilectis-
 „funos contra me semper incitare, ego quidem fatum
 „meum lugebo, meamque solitudinem gemitibus profe-
 „quar. Nemo autem, qui sanguinem meum siterit, e

ιδεῖς διφύσας τόμον αἷμα, καὶ διὰ πάντων με τῶν
τέκνων ὁ ἔλεγυχος ἔλθη.

γ. Τοιαῦτα λέγων, αὐτὸς μὲν υπὸ συγχύσεως ἐν-
κόπη. Νικολάῳ δὲ, ἐν τῶν Φίλων, λέγειν τὰς απο-
δείξεις ἐκέλευε. μεταξὺ δὲ ὁ Αντίπατρος ἐπάρας τὴν
κεφαλὴν, ἔμεν γὰρ δὴ βεβλημένος πρὸ τῶν ποδῶν τὴν
πατρὸς, ἐβόα. „Σὺ, πάτερ, ύπὲρ ἐμὸς πεποίηκας τὴν
παπολογίαν. πῶς γὰρ ἔγω πατροκότονος, ὃν ὄμολογεῖς
ηαὐτὸς Φύλακα διὰ παντὸς ἐσχημένα. τερατεῖσν δέ μη
καὶ υπόκρισιν λέγεις, τὴν εὐσέβειαν. πῶς δὲ ὁ πανθε-
γος ὅτας ἐν τοῖς ἄλλοις ἀφέων ἔγενόμην, ὡς μὴ νοεῖν,
ὅτε λαθεῖν ἀδειάς ἀνθεώπους ράδιον τηλικύτον μῆσος ἐν-
τοκευαζόμενον, τὸν δὲ ἀπ' ἔρενθ δικαστὴν ἀμῆχανον,
ὅς ἐφορᾷ πάντα, καὶ πανταχθὲ πάρεστι; ἢ τὸ τῶν
ἀδελφῶν τέλος ἥγονάν, οὗ ὁ Θεὸς ὅτῳ μετῆλθε τῆς
εἰς σὲ κακοβλίας; τί δὲ μὲ καὶ παρόξυντα κατὰ σῆ;
βασιλείας ἐλπίς; ἀλλ' ἐβασίλευον. ύπόνοια μίσγε; ὃ
ν γὰρ ἔτερον; Φόβος ἐκ σῆ τις ἄλλος; ἀλλὰ μὴν σὲ
τηρῶν, ἐτέροις Φοβερὸς πήμην. ἔνδεια χειράτων; καὶ
τίνι μᾶλλον ἔχει ἀναλίσκειν; εἰ δὲ ἔχει λέστερος πάντων
ἀνθεώπων ἔγενόμην, καὶ Θηρίαν φυχὴν είχον αὐτηδέη,
πάτερ, ὅπι ἀν τοῖς σοῖς εὐεργεσίαις ἐνικῆθην, ὃν
κατήγαγες μὲν, ὡς ἐφῆς αὐτὸς, προέκρινας δὲ τοσύ-
των τέκνων, ἀπέδειξας δὲ τὸν Βασιλέα, δι' υπερβο-
λὴν δὲ τῶν ἄλλων ἀγαθῶν ἐποίησας ἐπίφθονον; ὡς τά-
λας ἔγω τῆς πικρᾶς ἀποδημίας· ὡς πολὺν ἔδωκε κα-
ρδὸν τῷ Φθόνῳ, καὶ μακρὰν τοῖς ἐπιβραλεύσοις διεφέρειν.
τοι δὲ, πάτερ, καὶ τοῖς σοῖς ἀγῶσιν ἀπεδημεῖν, ἵνα
μὴ Συλλαῖος τῇ σῇ γῆρας καταφρονήσῃ. Ράμη μοι
μάρτυς τῆς εὐσέβειας, καὶ ὁ τῆς οἰκυμένης προσάτης
Καισαρε, ὁ Φιλοπάτορά με πολλάκις εἴπων. λάθε,
πάτερ, τὰ παρ' αὐτῷ γράμματα. ταῦτα τῶν ἐνθάδε
διαβολῶν πιστότερα. ταῦτα ἀπολογία μοι μόνη. τότοις
τῆς σὲ Φιλοποεγίας τοκμήρειοις χρῶμα.

„manibus elabetur, etiam si aduersus omnes filios meos
„exstiterint probationes.

3. Duni ista diceret, illi quidem ex animi perturbatione abruptus est sermo: Nicolaum vero, unum ex amicis, probationes persequi iussit. Interea autem Antipater, sublato capite, (ad patris enim pedes prostratus iacebat) magna voce clamabat: „Tu, pater, causam meam egisti. „Nam quomodo ego parricida, qui te confitentem habeam, „quod semper custos tibi adfuerim. pietatem meam appellas prodigiosa mea mendacia et simulationem. Quomodo iraque aliis in rebus tantae calliditatis, adeo bardus et insipiens eram, ut nou intelligerem, facile non esse homines latere tantum sceleris machinantern, coelestem vero latere iudicem omnino non posse, qui omnia adspicit et ubique praesens adest? an fratum exitum ignorabam, quorum poenas Deus adeo persequutus est, quod tibi necem machinati fuerint? Quid autem erat, quod me contra te incitaret? num regni cupido? sed regnabam. num odiu suspicio? Nonne diligebar? Praetereane aliquis ex te metus? Quin te incolunem seruans, aliis timendus eram. Num pecuniae inopia? Et cui adeo licebat quantum vellet expendere? Sin vero omnium hominum perditissimus enaferim, et immanis belluae animam nactus fuerim, pater, an non tuis vincendus essem beneficiis, quem, ut ipse dixisti, in regiam reduxeris, et tot filiis prætuleris, et viuus regni declaraueris, aliorumque bonorum ingenti magnitudine inuidendum reddideris? O me miserum, ex acerba peregrinatione mea! quam multum temporis liuori, et quam longum insidiantibus spatiū dedi. Verum tui gratia, pater, et ad tuas causas agendas peregre proficisciabar, ne Syllaeus tuam contemtui haberet senectutem. Roma mihi testis est pietatis, et qui orbi terraruin praeest Caesar, qui me patris amatorem saepiuscule vocabat. Accipe, pater, has ab eo literas. Ista plus fidei merentur, quam fictae criminationes. istae sola mei defensio. istis mei erga te affectus argumentis vtor. Memento, quod iauitus

„ώς όχι ἐκῶν ἔπλεον, ἐπιτάμενος τὴν ἐμφωλεύσαν τῆς „Βασιλείας κατ' ἐμῷ δυσμένειαν. σὺ δὲ μὲ, πάτερ, „ἄκων ἀπώλεσας, ἀναγκάτας καιρὸν διαβολῆς δύναμις „τῷ Φθόνῳ. πάρειμι δὲ, ἐπὶ τὰς ἐλέγυχες πάρειμι, διὰ „γῆς καὶ Θαλάσσης ὃδὲν ὑδατῆς παθὼν ὁ πατροκτόνος. „ἄλλα μήπω τέτω ὁφέλημα τῷ τεκμηρίῳ. κατέγνωσμα
„γάρ καὶ παρὰ Θεῷ καὶ παρὰ σοὶ, πάτερ. κατέγνωσμέ-
„νος δὲ δέομαι, μὴ ταῖς ἄλλων βασάνοις πιτεύειν, ἄλλα
„κατ' ἐμῷ Θερέθω τὸ πῦρ, ὅδειστω διὰ τῶν ἴμων
„σπλάγχνων τὰ ὄργανα, μὴ Θείδεοθε ὄλοφυρεῖ τῷ μιαρῷ
„σώματος. εἰ γάρ εἴμι πατροκτόνος, ἐκ ὁφέλω Θνήσκειν
„ἀβασανίσως.” τοιαῦτα μετὰ ὀλολυγμῶν καὶ δακρύων
ἐκβοῶν, τές τε ἄλλας ἄπαντας καὶ τὸν Οὐαρον εἰς οἵτους
πρέπειαλέσσατο. μόνον δὲ ὁ Θυμὸς Ηρώδην ἀδαιρεῖν δίσκει-
ται, τὰς ἐλέγυχες ἀληθεῖς ἐπιτάρετον.

δ'. Εν τέτω, τῇ Βασιλέως κελεύσαντος. Νικόλαος,
πολλὰ πρὸς τὸ παντεῖον τὸ Αντίπατρον προειπὼν, καὶ
τὸν ἐπ' αὐτῷ διαχέας ἔλεον, ἔπειτα πικρὰν κατηγορίαν
κατετένετο, πάντα μὲν τὰ κατὰ τὴν Βασιλείαν κακε-
γύματα περιτίθεις αὐτῷ, μάλιστα δὲ τὴν ἀνάβεστιν τῶν
ἀδελφῶν, ἀποδεκινὸς ταῖς ἐκείνῃς διαβολαῖς ἀπολωλότας.
ἐπιβολεύειν δὲ αὐτὸν ἔλεγε καὶ τοῖς περιόσιν, ὡς ἐφε-
δροῖς τῆς διαδοχῆς. τὸν γάρ παρασκευάσαντα πατέρα
Φαρμακον, πότε ἀν' ἀδελφῶν ἀποχέδαμ; προελθὼν δὲ
ἐπὶ τὸν ἔλεγχον τῆς Φαρμακείας, τὰς τε μηνύσεις ἐξῆς
ἀπεδείκνυε, καὶ περὶ Φερώρα κατερχετλίαζεν, ὅτι καὶ νῦν
νον Αντίπατρος ποιόσειν ἀδελφοκτόνον, καὶ τὰς Φιλτά-
ττὰς τῷ Βασιλεῖ διαφθείρεις, ὅλον τῷ μύστῃς ἀγαπλήσσειν
τὸν οἶκον. ἄλλα τε πολλὰ πρὸς τέτοις εἰπὼν καὶ ἀπεδέ-
ξας, καταπαύει τὸν λόγον.

ε'. Οὐαρος δὲ κελεύσας ἀπολογεῖθα τὸν Αντίπα-
τρον, ὡς ὃδὲν πλέον ἐκένος εἰπὼν, ἦ Θεὸς ἐσι τῷ
μηδὲν ἀδικεῖν μάρτυς, ἐκειτο σιγῶν, αἰτήσας τὸ Φαρμα-
κον, δίδωσι τοι τῶν ἐπὶ Θανάτῳ κατακείτων δεσμώτη-

„hinc nauigauerim, vt qui probe norim latentes in regno
 „contra me iniurias. Tu me, pater, præter voluntate
 „tem tuam perdidisti, qui me accusandi tempus inuidiae
 „dare coimpulisti. Verum præsens adsum, adsum aduer-
 „sus indicia, terra marique nihil omnino, vt parricida,
 „perpessus; quanquam nihil mihi profuturum sit hoc ar-
 „gumentum. nam et apud Deum et apud te, pater, sum
 „condemnatus: condemnatus autem precor, ne aliorum
 „tormentis fidem habeas, sed in me feratur ignis, per
 „viscera mea pergent quaestionum fidiculae. Ne mihi
 „parcite lamentationis ergo a scelesto corpore profectae.
 „nam si parricida sum, mori non debeo cruciatuum ex-
 „pers.” Talia cum eiulatu et lacrymis vociferans, et
 alias omnes et Varum ad misericordiam alliciebat. So-
 lum autem Herodem a lacrymis continebat iracundia, vt
 pote quod probationes veras esse cognouerit.

4. Tum Nicolaus iussu regis multa de Antipatri cal-
 liditate præfatus, disculpaque illius misericordia, inox
 atrocissimam accusationem instituit, cuncta quidem in re-
 gnū admissa maleficia ei adscribens, inaxine vero fra-
 trum interitum, quos ipsius calumniis periisse demonstra-
 bat. Quin et superstitionibus eum insidiari dicebat, vt qui
 id agerent, vt successionem interciperent. Quomodo
 enim a fratribus abstinere potuit, qui patri venenum para-
 verat? Cum autem ad veneni probationem venisset, et or-
 dine proferebat indicia: et de Pherora valde indiguaba-
 tur, quod et ipsum Antipater fratricidam fecisset, iisque,
 qui regi amicissimi erant, corruptis, regiam omnem sce-
 lere compleuisset. Atque ita, aliis insuper multis dictis
 et probatis, fine in dicendi facit.

5. Varus autem cum respondere iussisset Antipatrum,
 et ille nihil amplius loquutus, quam Deus testis est inno-
 centiae meae, tacitus iaceret, petiti, vt venenum afferre-
 tur, et vinclo cuidam capit is damnato exhibendum dedit.

πιεν· τῷ δὲ παραχρῆμα τελευτήσαντος, ὁ μὲν Οὐάρος,
ἀπορρήτης ποιότας τὰς πρὸς Ηέωδην ὄμιλίας, καὶ τὰ περὶ
τὸ συνδέσιον Καΐσαρι γεάψας, μετὰ μίαν ἡμέραν χωρίζε-
ται. δεσμῷ δὲ ὁ Βασιλεὺς Αντίπατρον, καὶ πρὸς Καΐσα-
ρι τὰς δηλώσοντας τὴν συμφορὰν ἐξέπειμψεν.

ζ'. Μετὰ δὲ ταῦτα καὶ κατὰ Σαλώμης ἐπίβελος
Αντίπατρος εὑρίσκεται. τῶν γὰρ Αντιφίλων τις οἰκεῖαν
ἔχειν, ἐπισολᾶς κομίζων ἀπὸ Ρώμης παρὰ Ιουλίας Θερα-
παινίδος, Ακμῆς τένομα. καὶ παρὰ μὲν ταύτης ἐπέσαλτο
Βασιλεῖ, τὰς παρὰ Σαλώμης ἐπισολᾶς ἐν τοῖς Ιουλίας
εὐηγκέναι γεάμμασι, πεπομφέναι τοις αὐτῷ λάθραι δι εὐ-
νοιαν. αἱ δὲ τῆς Σαλώμης λοιδορίας τε τῷ βασιλέως πε-
ριεῖχον πικροτάτας, καὶ κατηγορίαν μεγίστην. ταύτας δὲ
πλάσας ὁ Αντίπατρος, καὶ τὴν Ακμὴν διαφθέρεις, ἐπι-
σεν Ηέωδη πέμψας. διηλέγυχθη δὲ ἐκ τῆς πρὸς αὐτὸν
ἐπισολῆς. καὶ γὰρ ἔκεινω τὸ γύναιον ἔγραψεν· „ώς ήβε.
„λῆθης. ἔγραψά σε τῷ πατρὶ, καὶ τὰς ἐπισολὰς ἔκει-
„νας ἐπεμψά, πεπεισμένη τὸν βασιλέα μὴ Φείσαθαι τῆς
„ἀδελφῆς. ὅταν ἀναγυνῶ. καλῶς δὲ ποιήσεις, ἐπειδὰ
„ἀπαρτιθῆ πάντα, μνημονεύσας ὃν ὑπέδρυ.

ζ'. Ταύτης Φωραδείσης τῆς ἐπισολῆς, καὶ τῶν κατὰ
Σαλώμην ἐσκευασθεσῶν, ἔννοια μὲν ἐμπίπτει τῷ βασι-
λεῖ, τάχα καὶ κατὰ Αλεξάνδρε πλαδῆνα γεάμματα.
περισαλγῆς δὲ ἦν ὑπὸ τῷ πάθει, ὡς παρὸ ὀλίγους καὶ τὴν
ἀδελφὴν ἀποκτένιας δι Αντίπατρον. ὕκειτι οὖν ἀνεβάλλε-
το λαβεῖν τιμωρίαν ὑπὲρ ἀπάντων. ὠρμημένος δὲ ἐπὶ τὸν
Αντίπατρον, ἐπεχέθη νόσῳ χαλεπῇ. περὶ μέντοι τῆς Ακ-
μῆς καὶ τῶν κατὰ Σαλώμης ἐσκευωμένων, ἐπέβαλε Καΐ-
σαρι· τὸν τε διαθήκην αἵτίσας, μετέγραψε, καὶ βασι-
λέα μὲν ἀπεδείκνυεν Αντίπταν, ἀμελῶν τῶν περισθυτάτων,
Αρχελάου καὶ Φιλίππου. διεβεβλήκει γάρ καὶ τέτης Διγ-
κατρος. Καΐσαρι δὲ, σὺν τοῖς δίχα χρημάτων δώροις,
κατέλιπε χίλια τάλαντα, τῇ τε γυναικὶ καὶ τέκνοις αὐτῆς
καὶ Φίλους καὶ απελευθέρωις περὶ πεντακόσια· ἀπένειμε

Cumque ille statim moreretur, Varus quidem, nonnulla in occulto cum Herode colloquutus, quae gesta erant in concilio ad Caesarem scripsit, posteroque die inde discedit: rex autem in vincula coniicit Antipatrum; certosque ad Caesarem misit, qui suam illi calamitatem nunciarent.

6. Post haec autem Salomen insidiis appetuisse arguebatur Antipater. Quidam enim e domesticis Antiphili venerat, literas ferens ab ancilla Iuliae, cui nomen erat Acme. Atque ab ipsa quidem scriptum erat regi, inter literas Iuliae quasdam a Salome datas se reperisse, eique clam benevolentiae ergo eas misisse. In Salomes autem literis contumeliae erant in regem acerbissimae, et accusatio grauiissima. Istae vero ab Antipatro fictae erant, cumque is Acmen pecunia corrupisset, ei persuasit, ut literas ad Herodem mitteret. Res autem comperta est ex eius ad illum literis. nam muliercula ei scripserat: „Sicut „voluisti, patri tuo scripsi, literasque istas ad eum misi, „persuasum habens, regem sorori suae nequaquam parsu- „rum, cum eas legerit. Bene autem facies, si, rebus „omnibus perfectis, promissorum tuorum membror fues- „ris.

7. Hisce literis, et quae in Salomen compositae erant, deprehensis, regem subiit cogitatio, forsan et illas contra Alexandrum fictas fuisse: et vehementer perturbatus erat ex animi motu, quod parum abfuerit, quin sororem propter Antipatrum occidisset. Itaque non amplius cunctatus est omnia eius criminis in eum persequi: sed, dum in Antipatrum incitatur, morbo difficili corripitur. Veruntamen de Acme et accusatione in Salomen improbe conficta literas ad Caesarem dedit: cumque testamentum afferti iussisset, illud mutabat, regemque declarabat Antipam, praeteritis Archelao et Philippo natu grandioribus: nam et illos calumniatus fuerat Antipater. Caesari autem, praeter vas aliaque ei donata, mille talenta reliquit, itemque vxori eius et liberis et ainicis et libertis circiter quingenta: caeterisque omnibus agrorum et pecunia-

δὲ καὶ τοῖς ἄλλοις ἀπάσι τῆς τε χώρας ὥκη ὀλγυσ καὶ τῶν
χειροπάτων, λαμπροτάταις τε διωρεαῖς ἐτίμα Σαλώμην τὴν
αὐτοφήν. ἐν μὲν οὖν ταῖς διαθήκαις ταῦτα διωρεάστατο.

ΚΕΦ. λγ'.

Δεύτερος χρυσᾶς ἐκκόπτεται. Ηράδης τεθνήξεσθαι μέλλον-
τος ὡμότης. ἐαυτὸν ἀναιρεῖν περιβάται. Αντίπατρος
κτείνεσθαι κελεύει. ἐπιβίωσις πάντες ἡμέρας τελευτᾶ.

Προής δὲ αὐτῷ πρὸς τὸ χαλεπώτερον ἡ νόσος, ἀτε δὴ
τῶν αἵρωσημάτων ἐν γήρᾳ καὶ ἀθυμίᾳ ἐπικεστόντων. ἦν
μὲν γὰρ ἡδη χρεὸν ἐτῶν ἔβδομηντοντα, τεταπέντα δὲ
τὴν ψυχὴν ταῖς περὶ τῶν τέκνων συμφοραῖς, ὡς μηδὲ ἐν
ὑγείᾳ τὶ τῶν ἡδῶν προσίσθατ. τῆς νοσῆς δὲ ἦν ἐπίτασις
ζῶν Αντίπατρος, ὃν ὡκὴν ἐν παρέγγῳ, ράϊσας δὲ προσήργητο
ἀνελεῖν.

Β'. Γίνεται δὲ ἐν ταῖς συμφοραῖς αὐτῷ καὶ δημοτικὴ
τις ἐπανάστασις· δύο ἡσαν σοφίσταις κατὰ τὴν πόλιν, μά-
λιστα δοκίντες ἀκριβῶν τὰ πάτραις, καὶ διὰ τότο ἐν ἀπαν-
τι τῷ ἔθνει μεγίστης ἡξιωμένοις δόξῃς. Ιερᾶς τε νιὸς Σεπ-
Φωραῖς, καὶ Ματθίας ἔτερος Μαργάλῳ. τάτοις ὥκη
γοι προσήσαν τῶν νέων ἐξηγγυμένους τὰς νόμους, καὶ σύνη-
γον θερμέρα τῶν ἡβῶντων σρατόπεδον. οἱ τότε τὸν Βασι-
λέα πυνθανόμενοι ταῖς ἀθυμίαις ὑπειρέονται καὶ τῇ νόσῳ,
λόγου καθίσταν εἰς τὰς γυναικίμας, ὡς ἄρα καὶρὸς ἐπιτη-
δειότατος εἴη, τιμωρεῖν ἡδη τῷ Θεῷ, καὶ τὰ κατασκευα-
θέντα παρὰ τὰς πατερίας νόμους ἔργα κατασπᾶν. αἴθερι-
τον γὰρ εἶναι, κατὰ τὸν ναὸν, ἢ εἰκόνας, ἢ προτομαῖς, ἢ
ζώα τινὸς ἐπώνυμον ἔργον εἶναι. κατεσκευάκει δὲ ὁ βασι-
λέας, ὑπὲρ τὴν μεγάλην πύλην, αἰετὸν χρυσᾶν. ὃν δὴ τότε
παρέγνεν ἐκκόπτειν οἱ σοφίσται, καλὸν εἶναι λέγοντες, εἰ καὶ
τις γένοιτο κίνδυνος, ὑπὲρ τὰ πατερίας νόμων θυήσκειν. τοῖς
γὰρ ὅταν τελευτῶν αἰδάνατόν τε τὴν ψυχὴν, καὶ τὴν ὃν
ἄγανθεις αἰσθητὸν αἰώνιον παραμείνειν· τὰς δὲ ἀγεννεῖς,

rum non parum distribuit; ac sororem Salomen donis luculentissimis honorauit. Et in testamento quidem ista correxit.

CAP. XXXIII.

*Aquila aurea deiicitur: Morituri Herodis immanitas.
Sibi manus inferre conatur. Antipatrum occidi iubet.
Quinto post die ipse moritur.*

MOrbus autem ei ingrauescebat, quod inualitudinem urgeret senectus pariter ac moeror. iam enim annos fere LXX. natus erat, et ex calamitatibus, quas ei intulerant liberi, adeo animo erat deiectus, vt nec cum bene valeret quicquam iucunditatis admitteret. Aegritudinem autem acriorem faciebat, quod Antipater viueret; quem non obiter et aliud agens, sed cum ipse conualuisse, occidente decreuerat.

2. At dum in illis versaretur calamitatibus, oritur populi quidam tumultus. In ciuitate erant duo sophistae, qui accurate leges patrias scire videbantur, et per totam gentem in maxima erant apud omnes gloria, Iudas filius Sepphoraei, et alter Margali Matthias. Ad istos, dum leges exponerent, adolescentium non pauci se conferebant, et quotidie puberum exercitum colligebant. Qui, cum regem audiissent moerore ac morbo tabescere, ad discipulos verba faciebant, quod iam tempus opportunum esset, ut Deus vindicaretur, fabricataque aduersus leges patrias opera detraherentur. quippe nefas esse, in templo haberi aut imagines, aut vultus, opusue quocunque animalium alicui cognomen. Fecerat enī rex et supra magnam templi portam collocauerat aquilam auream. eamque ut excinderent suadebant sophistae, pulchruim esse dicentes, aliquid licet inde periculi instaret, etiam pro lege patria mori. Eos enim, qui ita diem supremum obeuant, et animao immortalitatem, et aeternam bonorum fruitionem manere: in iaus autem generosos, rudesque in

καὶ τῆς αὐτῶν σοφίας ἀπέργε, ἀγνοῶντας Φιλοφυχῶν, καὶ πρὸ τῇ δὶ αἱρετῆς τὸν ἐκ νόσου Θάνατον αἰχμάται.

γ'. Αμφὶ δὲ τοῖς ἐκείνων λόγοις διεφημίσθη καὶ θνήσκειν ὁ Βασιλεὺς, ὃς οἱ Θαρραλεώτερον ἥπτοντο τῆς ἐπιχειρήσεως οἱ νέοι, μέστης γεννημένας, καὶ πολλῶν κατὰ τὸ ιερὸν ἀνατρέψαμένων. Κοινοῖς πάνταις καθημέναις σφᾶς αὐτὰς ἀπὸ τῷ τέγχες τὸν χευσθν ἐκείνον ἀετὸν ἔξικοπτον πελένεσιν. ἡγγέλθη δὲ εὐθέως τῷ Βασιλέως σρατηγῷ, καλέντος, μετὰ χειρὸς δὲ ὀλίγης ἀναδραμάντιν, περὶ τεσσαράκοντα νεανίας συλλαμβάνει, καὶ κατηγάγει πρὸς τὸν Βασιλέα. πυνθανομένῳ δὲ αὐτῷ πρώτου, εἰ τολμήσεια τὸν χευσθν ἀετὸν ἐκκόπτειν, ὀμολόγην. ἔπειτα, τίνος καλύπταντος, ἀπεκρίναντο τῷ πατρίσιον νόμῳ. τί δὲ ἦτω γεγόνη; Θατὶ, διεργάτησαντος, ἀναιρέονται μέλλοντες, ἔλεγον, ὅτι πλειόνων ἀγαθῶν ἀπολαύσονται μετὰ τὴν τελευτήν.

δ'. Επὶ τέτοιο ὁ Βασιλεὺς, δι' ὑπερβολὴν ὄργης κρέτων τῆς νόσου γενόμενος, πρόσεισιν εἰς ἐκκλησίαν, καὶ πολλὰ τῶν ἀνδρῶν κατηγορήσας ὡς ιεζοσύλων, καὶ προφάσῃ τῷ νόμῳ πειραζόντων τὸ μεῖζον, κολάζειν ἥξειν ὡς ἀσεβεῖς· οὐ δὲ δῆμος, δέστας, μὴ διὰ πολλῶν ὁ ἔλεγχος ἔλθη, παρεκάλει πρώτον μὲν τὰς ὑποθεμένες τὴν πρᾶξιν, ἔπειτα τὰς ἐν αὐτῇ συλληφθέντας κολάσαντα, τοῖς λοιποῖς τὴν ὄργην ἀφέναν. πείθεται μόγις ὁ Βασιλεὺς, καὶ τὰς μὲν καθημέναις ἑαυτὰς ἀμα τοῖς σοφισταῖς κατέκαυστε ἔωνταις, τὰς λοιπὰς δὲ τῶν συλληφθέντων παρέδωκε τοῖς ὑπηρέταις ἀνελεῖν.

ε'. Ενθεν αὐτῇ τὸ σῶμα πᾶν ἡ νόσος διαλαβύσα, ποικίλοις πάθεσι διεμερέζετο. πυρετὸς μὲν γὰρ ἦν ἡ λάβρος, κυνηγμὸς δὲ ἀφόρητος τῆς ἐπιφανείας ὅλης, καὶ καλλιεργεῖς ἀλυπόδοντας, περὶ τε τὰς πόδας ὠσπερ ὑδρῶπιῶντος οἰδήματα, τῷ τε ἥτες Φλεγμονὴ, καὶ διὰ αἰδοίς σηπεδῶν σκώληκας γεννῶστα. πρὸς τέτοις, ὁρθόπνοια, καὶ δύσπνοια, καὶ σπασμὸς ἀπάντων τῶν μελῶν, ὃς τὰς ἐπιθεάζονταις ποιητὴν εἶναν τὰν σοφιστῶν τὰ νοσήματα λέ-

illorum sapientia, animamque amare nescientes, per morbum, quam per virtutem, einori inalle.

3. Dum hos illi sermones fererent, ruinor erat regem in ipso decessu esse, adeo ut iuuenes ad rem aggrediendam facti essent audaciiores. Itaque meridie, dum multi in templo versarentur, cum semet crassis funibus tecto demisissent, auream illam aquilam securibus exscindunt. Statim quod factum est, praetori regis nunciabatur, atque ille multa cum manu eo accurrebat, et captos circiter quadraginta iuuenes ad regem adducebat. Cumque ille primum eos interrogaret, an aquilam auream exscindere ausi fuissent; fecisse confitebantur. deinde cuius iussu; legis patriae, responderunt. Cum vero ab iis quae-
suisset, quid ita gaudio exsultarent mox interficiendi; dicebant, quod post mortem bonis pluribus fruituri es-
sent.

4. Istis rex commotus, iracundiae vehementia morbum superat, adeoque in concionem procedit, atque mul-
tum in eos quasi sacrilegos inuectus, quoque legis praetextu maius quiddam aggredierentur, aequum censebat et supplicio eos addicere, vt impios. Populus autem veritus, ne multi ex indiciis conuicti essent, rogabat, vt, cum primum quidem facinoris suasores, ac deinde in eo deprehensos poenae subiecisset, iram in caeteros missam facheret. Vix persuadetur rex, et qui funibus se demiserant vna cum sophistis viuos cremauit, reliquos vero, qui comprehensi sunt, ministris interficiendos tradidit.

5. Post haec morbi vis, per vniuersum eius corpus diffusa, variis doloribus id distrahebat. nam febris quideam erat, non tamen vehemens, pruritus vero per totam corporis superficiem intolerabilis, coli quoque dolores continui, et circa pedes tumores quasi aqua intercute laborantis, atque inflatio abdominis, et in pudendis putredo vermes generans. Ad haec, non potuit nisi cum erectus esset respirare, et tum respirandi difficultate laborabat, et membrorum omnium conuulsione cruciabatur, adeo ut harioli morbos istos poenam esse dicerebant ob caedem sôphistarum

γεν. ὁ δὲ παλαιών τοσύτοις πάθεσιν, ὅμως τῷ ζῆν
ἀντείχετο, σωτηρίαν τε ἥλπις, καὶ Θεραπείας ἐπειδόντος.
διαβάσας γὰν τὸν Ιορδάνην, τοῖς κατά Καλλιζόην Θερμοῖς
ἐκέχοντο. ταῦτα δὲ ἔξειτο μὲν εἰς τὴν ΑσΦαλίτιτν λίμνην,
ὅπο γλυκύτητος δ' ἔστι καὶ πότιμα. δόξαν δὲ ἐνταῦθα
τοῖς ιατροῖς ἐλαίῳ Θερμῷ πᾶν ἀναθάλψα τὸ σῶμα, χα-
λασθὲν εἰς ἐλαίῳ πλήρη πύσλον, ἐκλύει δὲ τὰς ὄφθαλ-
μάς, καὶ ὡς τεθνώς ανέστηψε. Θορύβῳ δὲ τῶν Θερα-
πεύτων γενομένῳ, πρὸς μὲν τὴν Φωνὴν ἀνήνεγκεν· εἰς δὲ
τὸ λοιπὸν ἀπογυνάς τὴν σωτηρίαν, τοῖς τε γρατιώτας ἀνὰ
θεραχμὰς πεντήκοντα ἑκέλευσε διανείματα, καὶ πολλὰ χερ-
μάτα τοῖς ἥγεμόσι καὶ τοῖς Φίλοις.

5'. Αὐτὸς δὲ ὑποσρέφων ὡς σὺς Ιεριχώντα παραγίνε-
τα, μελαγχολῶν ἕδη, καὶ μονονάχι αὐτῷ τῇ θάνα-
τῳ ἀπειλῶν, προέκοψεν εἰς ἐπιβολὴν ἀθεμίτης πράξεως.
τὰς γὰρ ἀφ' ἐκάτης κάμης ἐπισήμας ἄνδρες εἴξει οἱ Ιε-
δαίας συναγαγάντες εἰς τὸν καλέμενον Ιππόδρομον ἑκέλευ-
σε συγκλήσαμεν. προσκαλεστάμενος δὲ Σαλώμην τὴν ἀδελ-
Φὴν, καὶ τὸν ἄνδρα ταύτης Αλεξανδρὸν,,οἴδα, ἔφη, Ιε-
δαίας τὸν μὲν ἐμὸν ἑορτάσοντας θάνατον, δύναμα τοῦ
πεινθεῖται δι' ἑτέρων, καὶ λαμπρὸν ἐπιτάφιον χεῖν, ἀν-
τί, ὑμεῖς θελήσητε ταῖς ἐμαῖς ἐντολαῖς ὑπεργυῆσαν. τόσδε
τὰς Φρεργμένας ἄνδρες, ἀπειδάν ἐκπνεύσω, τάχιστα
κτείνατε περιτήσαντες τὰς γρατιώτας, ἵνα πᾶσα Ιεδαία,
καὶ πᾶς οἶκος, ἀκον ἐπ' ἐμῷ δακρύσῃ.

6'. Ταῦτα ἐνετέλλετο, καὶ παρὰ τῶν ἐν Ρώμῃ πρέσβεων
ἥκον ἐπισολαί, δι' ὧν Ακμὴ μὲν ἀνήρημένη κελεύσαντος
Καίσαρος ἐδηλώτο, θανάτῳ δὲ Αντίπατρος κατάκειτος.
ἔγεαφόν γε μὴν, ὡς, εἰ καὶ Φυγαδεύειν αὐτὸν ἐθελήσειν ὁ
πατηρ, ἐπιτρέποι Καίσαρ. ὁ δὲ βραχὺ μὲν πρὸς τὴν ἐπι-
θυμίαν ἀνήνεγκεν, αὐθις δὲ, καὶ γὰρ ἐνδεία τεοφῆς καὶ
βρυχί σπασμῶδες διετέίνετο, τῶν ἀλγυδόνων ἡττηθείς,
Φθάσας τὴν εἰμαρμένην ἐπεβάλλετο. λαβὼν δὲ μῆλον, ἥττ-
σε καὶ μαχαζίουν· εἰώθει γὰρ ἀκοτέμενων ἀδίειν· ὅπειτα

irrogatam. Ille vero, quamvis tot cruciatibus conflictatur, viuendi tamen desiderio tenebatur, et salutis spem retinebat, ac de curationibus cogitabat. Itaque trajecto Jordane, aquis calidis, quae iuxta Callirhoen sunt, vsus est. Hae influunt quidem in Asphaltiten lacum, adeo tamen sunt dulces, ut etiam potui commodae sint. Ibi cum medicis visum esset, ut totum corpus, demissum in dolium olei plenum, soueretur, oculi eneruantur, eosque morientis ad instar reciprocauit. Cum autem in tumultu essent ministri, clamore excitatus ad se quidem rediit: salutis autem spe in posterum abiecta, et quinquaginta drachmas militibus viritim, et ingenteim pecuniam ducibus atque amicis distribui iussit.

,,virorum fortium nescit, animas in acie quidein ferro
,,corporibus solutas purissimo aetheris elemento inter
,,astra collocari; easque manes bonos ac propitios he-
,,roas posteris illorum conspiciendas dare; quas vero
,,morbus corporis tabesque consumserit, maculae li-
,,cet labisque puras, sub terras ire in tenebras et in
,,profundam deimergi obliuionem, eundemque memo-
,,riae statui terminum, qui fit et vitae et corporis.
,,Quod si fati necessitate mors hominibus decreta est,
,,ad eam autem omni morbo leuius est ferri ministe-
,,riuim, cui non videatur ignauum negare id in coin-
,,modum aliorum, quod ut fato debitum reddituri su-
,,mus? Et haec quidem, quasi seruari nequeant, qui
,,hoc ipsum aggredientur, prosequutus sum. Est au-

ηδιεξῆλθον. ἔνεσι δὲ σώζεθαι τοῖς ἀνδριγομένοις, καὶ ἐκ
 „τῶν σφαλερωτάτων. πρῶτον μὲν γὰρ τὸ καταρριφὲν
 „εὔεπιβατον· ἕπειτα πᾶν τὸ οἰκοδομηθὲν εὐδιάλυτον.
 „ύμεις τε πλείσ, Θαρσήσαντες ἐπὶ τὴν πρᾶξιν, ἄλλοις
 „προτροπὴ καὶ Βοήθεια γίνεσθε, καὶ τοῖς πολεμίοις τὸ ύμε-
 „τερον παράσημα ταχέως κλάσει τὰ Φρονήματα. καὶ τά-
 „χα ἀν ύμιν ἀναίμακτον τὸ κατόρθωμα γένοιτο, μόνον
 „καταρριψαμένοις. ἀναβαίνοντας μὲν γὰρ καλύειν περά-
 „σοντας κατὰ τὸ εἰκὸς, λαθόντας δὲ καὶ βιασαμένες
 „ἄπαξ, όπου ἀν ύποσταῖν ἔτι, καὶ οὐλύγοι Φθάσητε. τὸν δὲ
 „καταρριψάμενον, αἰχμούμενον ἄν, εἰ μὴ ποιήσαιμε ζηλωτὸς
 „ἐν ταῖς ἐπιμαρτύραις· καὶ ὁ μὲν ζῶν ἀρξει τῶν νῦν ὅμοιων,
 „μακάρια δ' ἀκολυθήσει καὶ τοῖς πεσόσι τὰ ἀριστα.

σ'. Τοιαῦτα τῇ Τίτᾳ διεξίοντος, τὸ μὲν ἄλλο πλῆ-
 θος ἔδησε τῇ κινδύνῳ τὸ μέγεθος· τῶν δὲ ἐν ταῖς σπείραις
 σρατευομένων Σαβίνος τύνομα, γένος ἀπὸ Συρίας, ἀνὴρ
 καὶ κατὰ χεῖρα καὶ κατὰ ψυχὴν ἀριστος ἐΦάνη, καίτοι
 προϊδὼν ἄν τις αὐτὸν ἀπό γε τῆς σωματικῆς ἔξεως καὶ δι-
 καιον εἶνα τρατιώτην ἔδοξε. μέλας μὲν γὰρ ἦν τὴν χρόαν,
 ἰχνός, τὴν σάρκα πεπιλημένος, ἄλλ' ἐνώκει τις ἡρωϊκὴ ψυ-
 χὴ λεπτῷ σώματι, καὶ πολὺ τῆς ιδίας ἀλκῆς ενυπέρω.
 πρῶτος γάντιας· „ἐπιδίδωμι σοὶ, Καῖσαρ, ἐΦη, πρε-
 „θύμως ἐμαυτὸν, πρῶτος ἀναβαίνω τὸ τεῖχος· καὶ εὐχο-
 „μαὶ μὲν μᾶς τῇ τε ἰχνῇ καὶ τῇ γυνάμῃ τὴν σὸν ἀκολυθῆσα
 „τύχην. εἰ δὲ νεμεσηθείην τῆς ἐπιβολῆς, ἵδι με. μὴ πτα-
 „σαντα παρ' ἐλπίδας, ἄλλ' ὑπὲρ σὺ κείσαι τὸν Θάνατον
 „ηγημένουν." ταῦτα εἰπὼν καὶ τῇ μὲν ἀριστερᾷ χειρὶ τὸν Θυ-
 ρεὸν ὑπὲρ τῆς κεφαλῆς προσανατένας, τῇ θεξιᾳ δὲ τὸ ξί-
 Φος σπασάμενος, ἐχώρει πρὸς τὸ τεῖχος, μάλιστα περὶ
 ὥραι τῆς ἡμέρας ἔκτην. εἴποντο δὲ αὐτῷ καὶ τῶν ἄλλων ἐν-
 δικα μόνοι ζηλωταὶ τῆς ἀνδρείας γενόμενοι. προῆγε δὲ
 πολὺ πάντας ὁ ἀνὴρ ὁρμῇ τινι δαιμονίῳ χρώμενος. οἱ Φρε-
 φοὶ δὲ ἀπὸ τῇ τεῖχῃς κατηκόντιζόν τε αὐτὸς, καὶ θέλεσι
 πάντοθεν ἀπείροις ἐβαλλον, καὶ πέτρας ὀξαισίκες κατεκύ-

„tem iis, qui virilem animum gerunt, euadendi via etiam
 „e maximis periculis. Nam primum quidem, quod de-
 „iectum est, facile adscenditur: deinde totum, quod aedi-
 „ficatum est, facile dissolui potest. Vosque plures, sumta
 „audacia ad rem aggrediendam, alii aliis incitamento
 „estote et auxilio, vestraque animi fortitudo breui ani-
 „mos hostium franget. et fortasse vobis res sine sanguine
 „successerit, si eam tantum coeperitis. Nam adscenden-
 „tes quidem ab illis prohiberi verisimile est: si vero clam
 „vel etiam per viam aliquid semel egeritis, non erit, ut vos
 „sustineant, si pauci id facere occupaueritis. Me autem
 „proseculo pudeat, nisi, qui primus murum concenderit,
 „inuidendum remunerationibus fecero: et qui vixerit qui-
 „dem, iis imperabit, qui nunc ipsis aequales habentur; bea-
 „tissima vero etiam eos sequentur praemia, qui cecide-
 „rint.

6. Talia cum diceret Titus, caetera quidem multitu-
 do periculi magnitudinem pertinuit: eorum vero unus,
 qui in cohortibus militarent, Sabinus nomine, Syrus na-
 tione, vir et animo et manu fortissimus apparuit, etiamsi
 qui illum intuitus virtutem habitu corporis mensus fuisse, et
 eum ne iustum quidem militem esse credidisset. etenim
 colore niger erat, corpore gracilis et pilosus, sed intenui
 corpore et viribus eius angustiore heroica quaedam virtus
 habitabat. Cum primus itaque surrexisset: „dedo me, in-
 „quit, tibi alaci animo, Caesar, et ante omnes in murum
 „adscendo: atque opto quidem, ut vires ac voluntatem
 „meam sequatur fortuna tua. quod si quis indignans fa-
 „cinus audax mihi inuiderit, scito, me non praeter spem,
 „si res aliter cesserit, sed quod sic decreuerim, pro te
 „moriturum.” His dictis, et scuto laeva capiti praetenso,
 strictoque dextera gladio, hora quidem diei sexta murum
 petebat. Eumque ex aliis sequebantur, qui soli eius vir-
 tutem aenulati sunt, viri undecim. Ille autem omnes
 multo antecedebat, impulsu quodam diuino incitatus.
 At vigiles e muro iaculis eos petebant, et tela vndique in-
 numerā iaciebant, insuper et saxa ingentia deuoluebant,

λιον, αἱ ἐκ τῶν μὲν ἔνδεια παρέσυρεν ἐνίγες. οἱ δὲ Σαβῖνος ἀπαντῶν τοῖς ἀΦιεμένοις, καὶ καταχωννύμενος ὑπὸ τῶν Βελῶν, ωράτορεν ἐπέχει τὴν ὁρμὴν, ἢ γενέθαι ἐπ' ἄκρῳ, καὶ τρέψαθαι τὰς πολεμίας. καταπλαγέντες γὰρ αὐτῇ τὴν τε δύναμιν οἱ Ιεδαῖοι, καὶ τὸ παράσημα τῆς ψυχῆς, ἅμα δὲ καὶ πλείσις ἀναβεβηκέναι δόξαντες ἐτράπησαν. ἐνθα δὲ καταμέμφατι ἀν τις ὡς Φθονερὰν ἐπὶ ταῖς ἀχεταῖς τὴν τύχην, καὶ κωλύσσαν αἱ τὰ παράδοξα τῶν κατορθωμάτων. οἱ γῦν ἀνὴρ ὅτος, ὅτε ἐκράτησε τῆς ἐπιβολῆς, ἐσφάλη, καὶ πταίσας πρός τινα πέτραν, πρηνὴς ὥπ' αὐτῆς μετὰ μεγίστης ψόφου κατέπεσεν. ἐπιρραφέντες δὲ οἱ Ιεδαῖοι καὶ κατιδόντες μόνον τε αὐτὸν καὶ πεπτωκότα, πάντοθεν ἐβαλλον. οἱ δὲ εἰς γόνου διανατάσις, καὶ προκαλυψάμενος τὸν θυρεὸν, τὸ μὲν πρῶτον ἡμύνατο, καὶ πολλὰς τῶν πλησιασάντων ἐτρώσαν. αὐθις δὲ ἀπὸ πλήθες τραυμάτων παρῆκε τὴν δεξιὰν, καὶ τέλος, πρὶν ἀποδῆναι τὴν ψυχὴν, κατεχώθη τοῖς βέλεσιν· ἀνὴρ ἄξιος μὲν ἀμείνονι χρηπάθαι δι' ἀνδρείαν τύχη, πεσὼν δὲ τῆς ἐπιβολῆς ἀναλόγως. τῶν δὲ ἄλλων τρεῖς μὲν τὰς ἡδη πρός τοῖς ἄνδροις ὄντας συντρίψαντες ἀπέκτεναν τοῖς λιθοῖς· οἱ δὲ ὄκτω τραυματίαι κατασυρέντες, αἰγακομίδησαν εἰς τὸ σρατόπεδον. ταῦτα μὲν διὰ τοῦτη Πανέμω μηνὸς ἐπράχθη.

ζ'. Μετὰ δὲ ἡμέρας δύο τῶν προκοιτάντων τινὲς ἐπὶ τοῖς χώμασι Φυλάκων εἴκοσι συνελθόντες, προσκαλλήνται μὲν τὸν τῷ πέμπτῃ τάγματος σημαίοφόρον, καὶ δύο τινας τῶν ἐν ταῖς ἔλαις ἵππεων, καὶ σαλπιγκτὴν ἔνα. κατὰ δὲ ὕδραν τῆς νυκτὸς ἐννάτην, προβαίνοντες μὲν ἡσυχῇ διὰ τῶν ἐρειπίων ἐπὶ τὴν Αντωνίαν· ἀποσφάξαντες δὲ τὰς πρώτας τῶν Φερερῶν κοιμωμένας, κρατεῖσι τῷ τείχει, καὶ τῷ σαλπιγκτῇ σημαίνεν ἐκέλευσαν. πρὸς ὅ τῶν μὲν ἄλλων Φυλάκων δέξανταις τε αἱ φυρίδιοι ἦν καὶ Φυγὴ, πρίν τινα τὸ πλῆθος ἐπιδέν τῶν ἐπιβεβηκότων. οἱ τε γὰρ Φόβος καὶ ἡ σάλπιγξ Φαντασίαν αὐτοῖς τῷ πλήθες ἀναβεβηκέναι πολεμίων παρεῖχε. Καὶ σαρδὲ δὲ, τῷ σημείᾳ κατάκειται, ἰξό.

quibus aliquot ex undecim deiecti sunt. Sabinus autem missilibus occurrentis, telisque paene obrutus, non prius defluit ab impetu, quam in summum murum evassisset et hostes fugasset. nam Iudei, tam viribus illius attoniti, quam animi fortitudine, simulque plures adscendisse rati, in fugam versi sunt. Vnde est, quod fortuna non immorato incusetur, ut quae virtutibus inuidet, semperque praeclaris obset facinoribus. Siquidem hic vir, cum quod aggressus est superasset, lapsus est, saxonque cuidam impactus maximo cum sonitu armorum pronus in eum decidit. Quo factum est, ut Iudei conuersi, ubi solum et iacentem videre, undique eum peterent. Ille autem genu nixus et scuto protectus, primo quidem seinet defendit, multosque ad ipsum accedentes sauciauit; postea vero vulnerum multitudine dextram laxauit, et ad extrellum, priusquam animam redderet, telis est obrutus: vir sane pro fortitudine dignus meliori fortuna, haud secus tamen ac pro coepti facinoris difficultate cecidit. E caeteris autem tres quidem, qui iam ad summum evaserant, lapidibus obtritos occiderunt, octo vero saucii detraicti et in castra relati sunt. Et haec quidem tertio die mensis Panemi gesta sunt.

7. Biduo autem post viginti de numero custodum, per aggeres excubantium, congregati, signiferum quidem legionis quintae, et duos quosdam ex ala equitum, atque unum tubicinem ad se vocant. hora autem noctis nona tacite per ruinas ad Autoniam progrediuntur: occisisque primis custodibus, qui obdormierant, murum occupant, et buccina signum dari iussierunt, quo caeteri quidem vigiles subito exfusciuntur, fugiuntque, priusquam numerum eorum, qui adscenderunt, discernere potuerant. Nam et timor et tuba faciebant, ut magna hostium multitudo adscendisse crederetur. Caesar autem, signe auditu, exercitum pro-

πλίζει τὴν τε δύναμιν διὰ τάχυς, καὶ μετὰ τῶν ἡγεμόνων πρώτος ἀναβαίνει τὰς ἐπιλέκτες ἔχων. καταφευγόντων δὲ Ιudeῶν σὺν τῷ ιερὸν, καὶ αὐτοὶ διὰ τῆς διώξεως εἰσέπιπτον, ἦν δὲ Ιωάννης ὑπὸ τὰ χάματα τῶν Ρωμαίων ὑπάρχει. καὶ διασάντες ἀπὸ ἀμφοτέρων οἱ σατιασαὶ τῶν ταγμάτων, τῷ τε Ιωάννῃ καὶ τῷ Σίμωνος, εἰέγον αὐτὸς, ψδεμίαν ὅτε ιδύος ὅτε προθυμίας ἐλλείποντες ὑπεξβολήν. πέρας γὰρ ἀλώσεως ὑπελάμβανον, τὸ Ρωμαίους παρελθεῖν σὺν τῷ ἄγιον· ὃ δὴ κάκενοι, τῷ κρατεῖν ἀρχήν. συρρήγνυνται δὲ περὶ τὰς εἰσόδους μάχη καρτερᾶ, τῶν μὲν καταλαβέδαι καὶ τὸ ιερὸν σισιαζόμενων, τῶν δὲ Ιudeῶν ἐξαθύντων αὐτὸς ἐπὶ τὴν Αὐτονίαν. καὶ τὰς βέλη μὲν ἦν ἀμφοτέροις ἄχειτα, καὶ τὰ δόρατα. σπασάμενοι δὲ τὰ ἔργα συνεπλέκοντο, καὶ περὶ τὴν συμβολὴν ἀκριτον ἦν, ὅποτέρωθεν ἔκαστοι μάχοιντο, πεφυρμένων μὲν τῶν ἀνδρῶν καὶ περὶ τὴν σενοχωρίαν διηλασγμένων, τῆς δὲ Βοῆς ασημάντῳ προσπιπτάσης διὰ τὸ μέγεθος. Φόνος τε ἦν ἐκατέρωθεν πολὺς, καὶ τῶν πεσόντων τά τε σώματα καὶ τὰς πανοπλίας πατῶντες ἔθεσιν οἱ μαχόμενοι. ἀπὸ δὲ ἔργου ὅπότερον βρέσσει ἥρπαν ὁ πόλεμος, παρακέλευσις μὲν ἦν τῶν πλεονεκτώντων, οἷμωγαὶ δὲ τῶν τρεπομένων. ὅτε δὲ αἱ Φυγαὶ τόπον εἶχον, ὅθεν αἱ διώξεις, ἀλλ' ἀνώμαλοι ῥοπαὶ καὶ μετακλίσεις μεμιγμένης ἐγίνοντο τῆς παρατάξεως. τοῖς δὲ ἔμπροσθεν γινομένοις ἢ τῷ κτείνειν ἢ τῷ θνήσκειν ἀνάγκη παρῆν, όπις ὅτις ἀναΦυγῆς· οἱ γὰρ κατὰ βάτη, πρόσω βιαζόμενοι τὰς σφετέρες παρὰ ἀμφοῖν, ὑδὲ τῇ μάχῃ μεσαίχμιον κατέλιπον. πλεονεκτώντων δὲ τῶν Ιudeῶν τοῖς θυμοῖς τὴν Ρωμαίους ἐμπειρίαν, καὶ κλινομένης καθάπταν ὥδη τῆς παρατάξεως, ἀπὸ γὰρ ἐννάτης υπέτος ὥρας εἰς ἐβδόμην τῆς ἡμέρας ἐπολέμειν, οἱ μὲν ἀθρόοι, καὶ τὸν τῆς ἀλώσεως κίνδυνον ὕχοντες ἀνδρείας ἐφόδιον, Ρωμαῖοι δὲ μέρει τῆς δυνάμεως, ὅπω γὰρ ἐπαναβεβήκει τὰ τάγματα, κάκενοις ἐπανείχον οἱ μαχόμενοι, τότε κρατεῖν τῆς Διητονίας ἀποχεῖν ἐπὶ τῷ παρέοντος ἐδίκει.

η'. Ιελιανὸς δέ τις ἐκατοντάρχης τῶν ἀπὸ τῆς Βιθυνίας,

pere armari iubet, et cum ducibus primus, lectorum manu comitatus, adscendit. Cum autem Iudei ad templum confugerent, ipsi quoque per cuniculum, quem Ioannes subter aggeres Romanorum excavarat, irruerant, discretique ab utroque agmine seditionis, tam Ioannis, quam Simonis, arcebant eos summa vi atque alacritate repugnantes. Siquidem excidii finem putabant locum sanctum penetrasse Romanos, quod et illi pro victoriae principio habebant. Ad ipsum autem aditum acris committitur pugna, his quidem templum vi occupare intentibus, Iudeis vero Antoniam versus eos repellentibus. Et sagitiae quidem et hastae utrisque inutiles erant, strictis autem gladiis congregabantur, et in ipso conflictu discerni non poterat, ex qua parte quisque pugnaret, permixtis quidem viris et propter angustias permutatis, incerto vero clamore propter eius magnitudinem ad aures accidente. Quin et multa utrunque caedes erat, et cadentium cadavera simul et armis conculcantes frangebant pugnatores. Semper autem ad utram partem vergens praedium grauius esset, se inuicem adhortabantur superantes, cedentesque ciulatus edebant; et neque fugae locus erat, neque persecutioni, sed incerto modo nunc inclinarent, nunc se reflecterent, acie mixta confusaque. Qui vero inter prihos steterant, necesse habebant, ut alios interficerent aut ipsi morterentur, quod tefugere non daretur: nam et posteriores utriusque partis suos in frontem urgebant, nullumque dimicantibus spatiū intermedium relinquebant. Cum autem Iudeorum animi Romanorum peritiam vincerent, iamque omnino tota acies inclinaret, a nona enim hora noctis ad septimam diei usque pugnabant, hi quidem simul omnes, etiam excidii periculum pro iunctamento ad virtutem habentes, Romani vero parte exercitus, (nondum enim adscenderant legiones illisque spes pugnantium nitebantur) tunc satis esse videbatur in praesens Antoniam occupare.

8. Iulianus vero quidam centurio ex Bithynia, vir

εἰκόσιος ἦν αὐτὴ, ὃν ἐγὼ κατ' ἐκεῖνον ιδόρησα τὸν πόλεμον, ὅπλων τε ἐμπηκείᾳ, καὶ ἀληῇ σώματος, καὶ ψυχῆς παρεσήματι πάντων ἄριστος, ὃς ἂν τὰς Ρωμαίας ἐνδιδόντας ἥδη καὶ κακῶς ἀμυνομένας· παρεισῆκε δὲ Τίτῳ κατὰ τὴν Αιτωνίαν· προπηδᾶ, καὶ νικῶντας ἥδη τὰς Ιεδαίας τρέπεται μόνος μέχρι τῆς τῷ ἐνδοτέρῳ. οἱ δὲ γωνίας. ἔφευγε δὲ τὸ πλήθος ἄθρευτον, ὃτε τὴν ίδρυν, ὃτε τὴν τόλμαν ἀνθρωπίνην ὑπολαμβάνοντες. ὁ δὲ, διὰ μέσων τῶν σιδαννυμένων ἄλλοτε ἄλλῃ διάττων, ἐφόνευε τὰς καταλαμβανομένας· καὶ τῆς ὄψεως ἐκείνης ὃδὲν ὅτε τῷ Καίσαρι Θαυμασιώτερον, ὃτε τοῖς ἄλλοις παρέει Φρικωδέστερον. ἐδιώκετο δὲ ἄρα καὶ αὐτὸς ὑπὸ τῆς εἰμαρμένης, ἣν ἀμήχανον διαφυγεῖν θυητὸν ἔντα. τὰ γὰρ ὑποδήματα πεπαρμένα πυκνοῖς καὶ ὀξεῖσι φλοισ ἔχων, ὕσπερ τῶν ἄλλων ερατιωτῶν ἔκαστος, καὶ κατὰ λιθοβράχια τρέχων ὑπολιθάνει. πεσὼν δὲ ὑπτίος, μετὰ μεγίστης τῆς πανοπλίας ἥχε, τὰς Φεύγοντας ἐπιτίρεφε. καὶ τῶν μὲν ἀπὸ τῆς Αιτωνίας Ρωμαίων ἥρηθη Βοη, περὶ τῶνδες δησάντων· οἱ δὲ Ιεδαῖοι περισάντες αὐτὸν ἀθρόοι, τοῖς τε ξυνοῖς, καὶ ταῖς ρομφαίαις πάντοθεν ἔπαιον. ὁ δὲ πολὺν μὲν τῷ θυρεῷ σίδηρον ἐξεδέχετο, πολλάκις δὲ ἀνατηναὶ πηράσσας, ὑπὸ τῷ πλήθες τῶν τυπτόντων ἀντράκη, καὶ κείμενος δὲ ὅμως ἔνυττε τῷ ξιφῷ πολλάς. ὃδὲ γὰρ ἀνηρέ. Θηταχέως, τῷ τε κοράνει καὶ τῷ θάρσαι πεφραγμένος πάντα τὰ καρίσια πρὸς σφαγὴν, καὶ τὸν αὐχένα συνέλκων, μέχει κόπτομένων αὐτῷ τῶν ἄλλων μελῶν, καὶ μηδενὸς προσαμῦνα τολμῶντος, ἐνέδωκε. δεινὸν δὲ πάθος εἰσήγει Καίσαρα αὐτὸρὸς ὅτως ἐναρέτε, καὶ ἐν ὄψει τοσύτων Φονευομένη. καὶ αὐτὸν μὲν ὁ τόπος διέκλειτε τῷ Βοηθεῖν ἐθέλοντα, τὰς δυναμένας δὲ κατάπληξις. Ιελιανὸς μὲν γνωστὸς δυστανατήσας, καὶ τῶν κτενάντων ὀλγύς απλῆγας καταλιπὼν, μόλις ἀποσφάττεται, μέγιστον δὲ παρὰ Ρωμαίοις καὶ Καίσαρι μόνον, ἀλλὰ καὶ παρὰ τοῖς πολεμοῖς οὐλέος καταλιπών. Ιεδαῖοι δὲ, καὶ τὸν ικνεὸν αἴραστάμενοι, πάλιν τὰς Ρωμαίας τρέπονται, καὶ κατακλείσσονται εἰς τὴν Αιτωνίαν. ηγωνίσαντο

non ignobilis, quem in illo bello et ipse cognoui, et armorum peritia et corporis viribus et animi fortitudine omnium praestantissimus, ubi Romanos iam cedere et male semet defendere conspexit, (nam Tito apud Antoniam adstabat) profiliebat, et Iudeos, cum victores essent, solus in fugam vertit persequiturque ad interioris templi angulum. Fugiebat autem vniuersa multitudo, neque vim eius neque audaciam hominis esse opinantes. At ille per medios ruens, quos alios alio disiecerat, ipsos, quos prehendit, interficibat: illoque spectaculo nihil aut Caesari magis admirabile visum est, aut aliis magis horribile. Verum et ipsum profecto fata persequebantur, quae utpote mortalis vitare non potuit. Nam calceis crebros clavos et acutos, ut et caeteri milites, infixos habens, et in solo lapidibus strato currens prolabitur: cumque resupinus caderet, magnoque cum armorum sonitu, fugientes in se conuertit. Et Romanorum quidem clamor ex Antonia sublatus est, saluti eius metuentium: Iudei vero multi simul hastis et gladiis eum vndique feriebant. Ille autem multam quidem ferri vim scuto excipiebat; saepe vero conatus semet erigere, percuscentium multitudine prosternebatur: at iacens tamen multos gladio vulnerabat. nec enim cito pereintus est, galea et thorace per omnia tectus, ubi plagam lethalem acciperet, contractaque certice, donec concisis aliis eius membris, et neinimicem ei succurrere audente, morti succubuit. Ingentem autem dolorem capiebat Caesar ex viro tantae fortitudinis etiam in conspectu tot virorum occiso: et locus ipsum quidem discludebat, auxilium ferre cupiente; alios autem, cum possent, metus impediebat. Et Julianus quidem diu cum morte luctatus, relicisque paucis imperfectorum suorum, quos non percusserat, aegre perimitur; magna sui gloria non apud Romanos tantum et Caesarem, verum apud hostes quoque relicta. Iudei vero etiam rapto mortui cadavere Romanos iterum in fugam vertunt et in Antoniam concludunt. Insigniter au-

δ' ἐξ αὐτῶν ἐπισήμως κατὰ ταῦτην τὴν μάχην, Αλεξῆς μὲν τις καὶ ΓυΦθαῖος τῷ Ιωάννῃ τάγματος· ἐκ δὲ τῶν περὶ Σίμωνα, Μαλαχίας τε, καὶ ὁ τῷ Μέριτωνος Ιάδας, καὶ Σωτῆρας οὐδὲν Ιάκωβος τῶν Ιδρυμάτων ἡγεμὼν, τῶν δὲ ζηλωτῶν ἀδελφοὶ δύο, παιδεῖς Ιατέρες Σίμων τε καὶ Ιάδης.

ΚΕΦ. β'.

Οπως Τίτος, κατασκάψαι προσάξας τὴν Αντωνίαν, τὸν Ιωάννην πρότερεύατο τοῖς Ιαδαίοις αὐθις παραμένοι.

ΤΙΤΟΣ δὲ τοῖς μὲν σὺν αὐτῷ σρατιώταις κατασκάπτεν προσέταξε τὰς Θεμελίας τῆς Αντωνίας, καὶ τῇ δυνάμει πάσῃ ῥαδίαν τὴν ἄνοδον εύτερείζειν. αὐτὸς δὲ τὸν Ιώσηπον παρασησάμενος· ἐπέπυσο γαρ ἐπ' ἐκείνης τῆς ἡμέρας. Πανύρις δ' ἦν ἐπτακαιδεκάτη, τὸν ἐνδελεχισμὸν καλέμενον, ἀνδρῶν ἀπορίᾳ διαλελοιπέναι τῷ Θεῷ, καὶ τὸν δῆμον ἐπὶ τύτῳ δεινῶς ἀθυμεῖν· λέγειν τῷ Ιωάννῃ πάλιν ἐκέλευσεν ἃ καὶ πρότερον. „ώς, εἰ καί τις αὐτὸν ἔρως κακὸς ἔχοι τῷ „μάχεσθαι, προελθόντι μεθ' ὅσων βρέλεται πολεμεῖν ἐξίη, „δίχα τῷ συναπολέόθαι τὴν τε πόλιν καὶ τὸν ναὸν αὐτῷ. „μηκέτι μέντοι μιαίνειν τὸ ἄγιον, μηδὲ εἰς τὸν Θεὸν πλημελεῖν. παρεῖναι δ' αὐτῷ τὰς ἐπιλελοιπύνας θυσίας ἐκτελεῖν, διὸ ὃν ἀν ἐπιλέξηται Ιαδαίων.” καὶ ὁ Ιώσηπος, ὡς ἀν εἰ μὴ τῷ Ιωάννῃ μόνον, ἀλλὰ καὶ τοῖς πολλοῖς, ἐν ἐπηκόῳ ταῖς, τά τε τῷ Καίσαρος διήγγειλεν Εβραΐῶν, καὶ πολλὰ προσηνιβόλει, „Φείγαθαι τῆς πατερίδος, καὶ διασκεδάσαι τῷ ναῷ γενόμενον ἥδη τὸ πῦρ, τὸς τε ἐναγυισμὸς, „ἐπιδιδόναι τῷ Θεῷ.” πρὸς ταῦτα τῷ δῆμῳ μὲν ἦν κατέφεια καὶ σιγή. πολλὰ δ' ὁ τύραννος λοιδορεῖς τε τῷ Ιωάννῃ πάρα καὶ καταρασάμενος, τὸ τελευταῖον προσέθηκεν, „ώς „δὴ ἂν ποτε δείσουεν ἀλωσιν, Θεῷ γαρ υπάρχειν τὴν πόλιν.” καὶ ὁ Ιώσηπος πρὸς ταῦτα ἀνέκαγεν· „πάνυ γὖν καθαρὰν τῷ Θεῷ τετήρηκας αὐτὴν, ἀμίαντον δὲ μένει τὸ ἄγιον. τίς „δὲ ἐλπίζεις σύμμαχον, ἀδὲν ἡσέβητας. τὰς δὲ ἐθίμας

tem in eo praelio decertarunt, Alexas quidam et Gyphthaeus ex agmine Ioannis; ex parte vero Simonis Malachias et Mertonis filius Iudas, et Sofae filius Iacobus dux Idumaeorum, Zelotarum vero fratres duo, Iairi filii, Simon et Iudas.

CAP. II.

Quomodo Titus, cum Antoniam dirui insisset, Iosephum incitauit, ut Iudeos iterum verbis hortaretur.

Titus autem militibus, qui cum eo quidein erant, imperauit, ut Antoniae fundamentea diruerent, facilemque adscensum toti exercitui dare curarent: ipse vero, cum Iosephum ad se vocasset, (nam audiuerat eo die, qui erat mensis Panemi deciunus septimus, iuge sacrificium, ut vocabatur, virorum penuria Deo defuisse, idque populum valde dolere) Ioanni, dicere iterum praecepit, quae et ante mandauerat: „quod, si quis etiam eum „pugnandi praus amor teneret, cum qua vellet mūltitudine ad bellum progrederetur, dum modo non „vna secum et ciuitas interiret simul et templum. sanctum tamen locum violare desineret, neue in Deum „nefas admitteret. ipsi autem licere sacra intermissa celebrare per Iudeos, quos ipse delecturus esset.” Atque Iosephus, quasi non soli Ioanni, sed etiam pluribus, (cum constitisset, vnde exaudiri posset) quaeque ipsi in mandatis dederat Caesar Hebraice nunciauit, multisque eos precabatur, „vt patriae parcerent, ignem „que iam templum attingentem depellerent, Deoque vota redderent consueta.” Ad haec moestitia tenebatur populus et silentio. Tyrannus autem, cum multa Iosepho conuicia dixisset et maledicta, postremo addidit, „nunquam sibi excidium esse metuendum, vt pote „quod Dei ciuitas esset.” Atque Iosephus ad ista exclamauit: „Eam quippe Deo omnino puram confeuasti, „et sacrarium manet incontaminatum. nec in eum, cu[m] „iis speras auxilium, aliquid sceleris admisiisti; sed is

„Θυσίας ἀπολαμβάνει. καὶ μὲν σὺ τις ἀφέληται τὴν καθ-
 „ημέραν τροφὴν, ἀσθεύεσται, τἜτον ἡγήσῃ πολέμιον· αὐ-
 „τὸν δὲ, ὃν τῆς αἰώνιας Θρησκείας ἐτέρησας Θεὸν, ἐλπίζεις
 „ὑσύμμαχον ἔχειν ἐν τῷ πολέμῳ; καὶ Ρωμαῖοις τὰς ἀμαρ-
 „τίας ἀνατίθης, οὐδὲ μέχρι τοῦ κήδοντα τῶν ἡμετέρων νόμων,
 „καὶ τὰς ὑπὸ σὺ διακοπείσας Θυσίας ἀποδίδοσται τῷ Θεῷ
 „Βιάζονται; τίς δὲ ἀν τενάξειν, καὶ κατελοφύρειτο τῆς
 „παραδόξου μεταβολῆς τὴν πόλιν, εἴγε ἀλλόφυλοι μὲν καὶ
 „πολέμιοι τὴν δὴν ἀσέβειαν ἐπανορθώνται, σὺ δὲ Ιεδαιος,
 „ὅ τοις νόμοις ἐντραφεῖς, κάκείνων πρὸς αὐτὸς γίνη χαλε-
 „πώτερος; ἀλλά τοι, Ιωάννη, καὶ μετανοῆσαι μὲν ἐκ κα-
 „κῶν ὡκεαίρεον ἐν ἐχάτοις, καὶ καλὸν ὑπόδειγμα βιλο-
 „μένων σώζειν τὴν πατρίδα σοι πρόκειται, Βασιλεὺς Ιε-
 „δαίων Ιεχωνίας· ὃς ποτε σρατεύσαντι τῷ Βαβυλωνίῳ δί-
 „αυτὸν ἐκὼν ἐξέειη, πρὸν ἀλῶνα τῆς πόλεως, καὶ μετὰ γε-
 „νεᾶς αἰχμαλωσίαν ὑπέμεινεν ἐθελάσιον, ὑπὲρ τῷ μὴ πα-
 „ραδεῖναν ταῦτα πολεμίοις τὰ ἄγια, καὶ τὸν οἶκον τῷ Θεῷ
 „περιῆδεν Φλεγόμενον. διὰ τοῦ λόγος τε αὐτὸν πρὸς
 „ἀπάντων Ιεδαιῶν ιερὸς ἀνυμνεῖ, καὶ μνήμηρέσσα δὶ αἰώ-
 „νος αἱρεῖ νέα τοῖς ἐπιγενομένοις παραδίδωσιν ἀδανατον.
 „καλὸν, ὡ Ιωάννη, ὑπόδειγμα, καὶ προσῆ κίνδυνος. ἐγὼ
 „δέ σοι καὶ τὴν ἀπὸ Ρωμαίων συγγνώμην ἐγγυῶμα. μέ-
 „μνησο δὲ, ὡς ὁμόφυλος ὢν παραινῶ, καὶ Ιεδαιὸς ὢν ἐπαγ-
 „γέλλομαι· καὶ χρὴ σκοπεῖν, τίς ὁ συμβλεψάν, καὶ πό-
 „θεν. μὴ γὰρ ἔγωγέ ποτε γενοίμην ζῶν ὅτως αἰχμάλω-
 „τος, ἵνα παύσωμα τῷ γένει, ἢ τῶν πατέρων ἐπιλάθωμα.
 „πάλιν ἀγανακτεῖς, καὶ κέκρεαγάς μοι λοιδορύμενος. ἄξιός
 „γε καὶ χαλεπωτέρων, ὃς ἀντικρὺς είμαζμένης τι παρα-
 „νῶ, καὶ τὴς ὑπὸ Θεῷ Βιάζομαι κατακρίτης σώζειν. τίς
 „ἐκ οἰδε τὰς τῶν πατέρων προφητῶν ἀναγεραφαῖς, καὶ τὸν
 „ἐπιρρέποντα τῇ τλήμονι πόλει χρησμὸν, ἥδη ἐνεστῶτα; τό-
 „τε γὰρ ἀλωσιν αὐτῆς προεῖπον, ὅταν ὁμοφύλος τις ἄρξῃ
 „Φόνον, τῶν ὑμετέρων δὲ πτωμάτων ὥχη ἡ πόλις, καὶ τὸ
 „ιερὸν δὲ πᾶν πεπλήρωται; Θεὸς ἄξα, Θεὸς αὐτὸς ἐπάγει

„sacra solennia consequitur. Et siquidem tibi, o sce-
 „leratissime, quisquam quotidianum auferat cibum, euin
 „pro hoste nefario habebis; ipsum vero Deum, quem
 „perpetuo cultu priuasti, in bello tibi auxilio speras fu-
 „turum? et Romanis peccata imputas, qui hucusque le-
 „gibus nostris curam adhibent; et quae ipse interdixisti
 „lacra, Deo ut reddantur vi contendunt? Quis non ge-
 „meret, et urbe ob ianopinatain mutationem delleret,
 „quod alienigenae quidein hostesque impietatem tuam
 „emendatur eant; tu vero Iudeus, inter leges eductus,
 „eis etiam, quam illi, infestior sis? Atqui, Ioannes, ut
 „malorum te poeniteat non turpe est in extremis, bo-
 „nuinque tibi exemplum ciuitatem seruare cypienti pro-
 „positum est in Iechonias rege Iudeorum: qui, cum
 „olim Babylonius propter ipsum cum exercitu contra
 „urbem venisset, sponte ea, priusquam caperetur, ex-
 „cessit, et cum cognitione sua voluntariam captiuita-
 „tem sustinuit, ne sancta haec hostibus prodiceret, Dei-
 „que domum ardenter videret. Ob hoc sane sacra
 „omnium Iudeorum commemoratione celebratur, cum
 „que memoria per saecula transmisla semper noua im-
 „mortalem posteris tradidit. Bonum, o Ioannes, exem-
 „plar, etiam si immineat periculum. Ego autem veniam
 „quoque tibi a Romanis spondeo. At memento, quod
 „popularis qui sum, te moneam, Iudeusque ista promit-
 „tam: spectarique oporteat, quis sit auctor, et unde con-
 „silium. Absit enim unquam me ita captiuum viuere,
 „ut genus in memoria tenere desinam, aut eorum, quae
 „e patria mea sint, obliuiscar. Rursum indignaris, et vo-
 „ciferaris, mihi que maledicis. Etiam acerbiora mereor,
 „qui aduersus fata te hortor et suadeam, Deique sententia
 „condemnatos seruare contendam. Quis ignorat scripta
 „veterum prophetarum, et oraculum, quod miserae ciuitati
 „jam praetens imminet? Tunc enim eius excidium foro
 „praedixere, quando aliquis e popularibus caedem patrare
 „incipiet. Vestris autem cadaveribus nonne ciuitas et tem-
 „plum omne repletum est? Deus profecto, Deus ipse cum

„μετὰ Ρωμαίων καθάρσιον αὐτῷ πῦρ, καὶ τὴν τοσύτῳ
νηματών γέμυσται πόλιν ἀναρπάζει.

β'. Ταῦτα λέγων ὁ Ιώσηπος μετ' ὄδυρμῳ καὶ δακρύσῃ,
λυγμῷ τὴν Φωνὴν ἀνεκόπη. καὶ Ρωμαῖοι μὲν ὥπτειράν τε τῷ
πάθει, καὶ τῆς προσαιρέσεως αὐτὸν ἐθαύμασαν. οἱ δὲ περὶ
τὸν Ιωάννην παρεξένοντο μᾶλλον ἐπὶ τὸς Ρωμαίους, ἐπιθυ-
μῶντες ἐγκρατεῖς κάκείνα γενέθη. τῶν γε μὴν εὐγενῶν
πολλὰς ἔκινησεν ὁ λόγος. καὶ τινὲς μὲν, ὥρωδῶντες τὰς Φυ-
λακὰς τῶν σασιαζῶν, κατὰ χώραν ἔμενον, ἀπώλειαν μέν-
τοι σφῶν τε αὐτῶν καὶ τῆς πόλεως κατεγγνώκεσαν. εἰσὶ δ',
οἱ, καιροφυλακήσαντες ἄδειαν ἀναχωρήσεως, πρὸς τὸς Ρω-
μαίους κατέφυγον. ὃν ἦσαν ἀρχιερεῖς μὲν Ιώσηπός τε καὶ
Ιησὺς, υἱοὶ δὲ ἀρχιερέων, τρεῖς μὲν Ισμαήλιοι τῷ καρατομη-
θέντος ἐν Κυρήνῃ, καὶ τῷ Ματθίᾳ τέσσαρες, καὶ εἰς ἑτέρα
Ματθίᾳ παῖς, διαδράσας μετὰ τὴν πατρὸς ἀπώλειαν, ὃν δὲ
τῷ Γιώργῳ Σίμωνι ἀπέκτεινε, σὺν τρισὶν υἱοῖς, ὡς προείρηται.
πολλοὶ δὲ καὶ τῶν ἄλλων εὐγενῶν τοῖς ἀρχιερεῦσι συμμετε-
βάλλοντο. Καῖται δὲ αὐτὸς τά τε ἄλλα Φιλοφρέοντος ἐδέ-
ξατο, καὶ γινώσκων ἄλλοφύλοις ἡθεσιν ἀηδῆ τὴν διατρι-
βῆν ἔχειν, ἀπέπεμψεν αὐτὸς εἰς Γόρναν, τέως ἐκεῖ παρακ-
υῶν μένειν ἀποδώσειν γὰρ ἐκάστῳ τὰς κτήσεις, κατὰ χο-
λὴν ἀπὸ τῆς πολέμου γενόμενος. οἱ μὲν δὲ εἰς τὸ δοθὲν πο-
λίχνιον, μετὰ πάσης ἀσφαλείας, ἀνεχώρησαν ἀσμενοί. μὴ
Φαινομένων δὲ αὐτῶν, διεφῆμισαν οἱ σασιασαὶ πάλιν, ὡς
ἀποσφαγεῖεν ὑπὸ Ρωμαίων οἱ αὐτόμολοι, δηλονότι τὸς λο-
πὸς ἀποτρέποντες τῷ Φόβῳ διαδιδράσκειν. ἦνυσο δέ, ὡς
καὶ πρότερον, αὐτοῖς τὸ πανάργημα πρὸς καιρόν ἐπεχέθη-
σαν γὰρ ὑπὸ τῆς δέεις αὐτομολεῖν.

γ'. Αὗθις δέ, ὡς ἀνακαλέσας τὸς ἄνδρας ἀπὸ τῆς
Γόρνας Τίτος ἐκέλευσε μετὰ τῷ Ιωσήπῳ περιελθόντας τὸ
τεῖχος ὁ Φθῆνα τῷ δῆμῳ, πλεῦσι πρὸς τὸς Ρωμαίους ἐΦευ-
γον. γινόμενοι δὲ ἀθρόοι, καὶ πρὸ τῶν Ρωμαίων ισάμενοι,
μετ' οἵμωγῆς καὶ δακρύσων ἰκέτευον τὸς σασιασάς, τὸ μὲν
πρῶτον, ὅλη τὸς Ρωμαίους δέξαθαι τῇ πόλει, καὶ τὴν

„Romanis ignem ei iustificationis infert, totque scelerum
„plena ciuitatem e sedibus euellit.

2. Haec Iosepho cum fletu et lacrymis prosequente, singultibus vox eius interrupta est. Et Romani quidem miserati sunt et ipsum ob ea, quae passus est, et admirati eorum ergo, quae facere destinauit: Ioannes autem eiusque socii magis contra Romanos irritabantur, illum quoque capere cupientes. Caeterum nobilium plurimos commouit eius oratio. et nonnulli quidem, seditiosorum custodias formidantes, cum sociis suis manebant, quamvis certi de suo pariter et ciuitatis exitio. Erant autem, qui, capto securae discessione tempore, ad Romanos confugere. in quibus erant Iosephus quidem et Iesus pontifices; filii vero pontificum, tres quidem Isinaëli, cui apud Cyrenen fuerat caput abscissum; et Matthiae quatuor, alterius vero Matthiae unus, qui post interitum patris ausogerat, quem Simon Giorae cum tribus filiis, ut supra dictum est, interemit. Multi autem ex aliis nobilibus vna cum pontificibus migrabant ad Romanos: eosque Caesar caetera humaniter exceptit, sciensque, inter alienigenarum mores haud iucunde illos victuros esse, in Gophnam dimisit, eis interim illic manere persuadens, ut qui possessiones singulis redditurus esset, cum, bello confecto, frueretur otio. Et illi quidem iā urbeculam sibi concessam, cum omni securitate, laeti discedebant. Cum autem illi non comparerent, seditiosi iterum diuulgarunt, transfugas a Romanis occisos esse, scilicet, ut metu a fuga reliquos deterrent. Et paulisper quidem, ut antea, haec calliditas eis profuit: nam metus eos impedit, quo minus transfugerent.

3. Rursus autem, postquam eos Titus reuocatos a Gophna cum Iosepho muros obire et populo in conspectum dari iussisset, plurimi ad Romanos fugiebant. Frequentes vero congregati, et ante Romanos stantes, cum eiulatu et lacrymis seditiosis supplicabant, primo quidem, ut Romanos in omnem ciuitatem reciperent, pa-

πατριδα σῶσαι πάλιν· εἰ δὲ μὴ, τῷ τε ιερῷ πάντως ὑπεξελθεῖν, καὶ ρύσαθαι τὸν ναὸν αὐτοῖς. καὶ γὰρ ἂν τολμῆσαι Ρωμαίους μὴ μετὰ μεγίστης ἀνάγκης καταφλέξα τὰ ἄγια. τότοις μᾶλλον ἀντεφιλοείναι, καὶ πολλὰ βλάσφημα τοῖς αὐτομόλοις ἀντικρεαγότες, ἐπὶ τῶν ιερῶν πυλῶν τάς τε ὁξυβελεῖς καὶ καταπέλτας καὶ λιθοβόλιας μηχανὰς διεισῆσαν· ὡς τὸ κύκλῳ μὲν ιερὸν ἀπὸ πλήθυς νεκρῶν προστοκεναὶ πολυανδρίῳ, τὸν δὲ ναὸν αὐτὸν Φρεγρίῳ. τοῖς δὲ ἄγιοις καὶ ἀβάτοις μετὰ τῶν ὅπλων εἰσεπῆδων, Θεομάς ἔτι τὰς χειρας ἐξ ὄμοφύλων ἔχοντες Φόνων· καὶ πεψκόψαν εἰς τοστὸν παρανομίας, ὥστε, ἣν εἰκὸς ἀγανάκτησιν γενέσθαι Ιεδαίων, εἰ Ρωμαῖοι ταῦτα ὁξυβρίζοιεν εἰς αὐτὰς, ταύτην εἶναι παρὰ Ρωμαίων τότε πρέσσι Ιεδαίοις ασθεντήσας εἰς τὰ ἴδια. τῶν μέν γε σρατιωτῶν ὡκεῖς ὅσκις μετὰ Φρέκης εἰς τὸν ναὸν αφεώρει καὶ προστεκύνει, τάς τε ληγας ηὔχετο, πρὶν ἀνηκέσγ πάθυς, μετανοῆσαι.

δ'. Τίτος δὲ ὑπερπαθήσας πάλιν ἐξωνείδις τάς περὶ τὸν Ιωάννην, λέγων· „Ἄρει φύχ ύμεις, ὡ μιαρώτατοι, τὸν δρύΦακτον τὸτον πρόβαλεθε τῶν ἄγιων; φύχ ύμεις δὲ τὰς ἐν αὐτῷ σύλας διεισῆσατε, γράμμασιν Ελληνικοῖς καὶ ἡμετέροις κεχαραγμένας, ἢ μηδένα τὸ γένος σιν ὑπερβαίνειν παραγγέλλει; φύχ ύμεις δὲ τὰς ὑπερβάντας ύμιν ἀναιρεῖν ἐπετρέψαμεν, κανὸν Ρωμαῖος τις ἦ; τί δὲ νῦν, αλεπήριοι, καὶ νομές ἐν αὐτῷ καταπατεῖτε; τί δὲ τὸν ναὸν αἴματι ἔνειν καὶ ἐγχωρίῳ Φύεστε; μαρτύρομας θεός δύω πατριών, καὶ εἴ τις ἐφεώρει ποτὲ τόνδε τὸν χωρὸν, νῦν μὲν γάρ ὡκεῖοι μαρτύρομας δὲ καὶ σρατιὰν ἔμπιν, καὶ τὰς παρέμοι Ιεδαίοις, καὶ ύμᾶς αὐτας, ὡς ὡκεῖοι ταῦθ' ύμᾶς ἀναγκάζω μιανειν· κανὸν ἀλλάξητε τὰς παρατάξεως τὸν τόπον, φύτε προσελεύσεται τις Ρωμαίων τοῖς ἄγιοις, φύτε ἐνυβρίσει. τηρήσω δὲ τὸν ναὸν ύμιν, καὶ μὴ θέλγοι.

ε'. Ταῦτα τῷ Ιωσήπῳ διαγγέλλοντος ἐκ τῷ Καίσαρος, εἰ ληγαὶ καὶ ὁ τύραννος, ὡκεῖοπ' εὐνοίας, ἀλλὰ κατὰ δειλίαν

triamque iterum seruarent: si vero hoc displiceret, saltem de fano exirent, templumque sibi eruerent. non enim aurores ne maxima quidem necessitate Romanos ignem sanctis immittere. His autem illi magis aduersabantur; cumque multa in transfugas vociferasset maledicta, supra sacras portas scorpiones et catapultas et balistas disposerunt. adeo ut omne quidem circa fanum spatium mortuorum multitudine coemeterio, templum vero ipsum castello simile videretur. In loca autem sancta et inaccessa, cum armis et manibus adhuc gentili caede calentibus, infiebant: et eo iniquitatis processerunt, ut, quam ad indignationem Iudeos adduci verisimile erat, si hanc Romani in ipsos iniuriam admisissent, ea tunc in Iudeos, propria sacra tenerantes, vterentur Romani. Neinō sane erat ex militibus, qui non cum horrore templum adspiceret atque adoraret, optaretque, ut latrones, antequam insanabile malum paterentur, resipiscerent.

4. Titus autem, cum admodum doleret vicem eorum, iterum Ioannem eiusque socios his verbis increpabat: „Nonne vos, o sceleratissimi, hunc cancellum locis „sanctis obiecistis? Nonne vos columnas ad certa interualia in eo statuistis, literis Graecis ac nostris inscriptas; „quibus edicitur, ne septa quidem cuiquam licere transgredi? Nonne eos, qui transiissent, quamuis Romanus „quis esset, vobis necare perniciemus? Quid igitur in eo „etiam mortuos nunc conculcatis, o nocentissimi? Cur „autem templum et externo et gentili sanguine contaminatis? Testor ego patrios Deos, et si quis olim hunc locum respexit, (nunc enim neminem ad eum respicere arbitror) itemque testor et exercitum meum, et Iudeos, „qui apud me sunt, et vosmetipso, quod non ego vos „ad haec violanda compellam: et si locum aciei mutaueritis, neque accedet ad sancta quisquam Romanorum, „neque contumeliam eis faciet. Vobis autem etiam invitis templum seruabo.

5. Haec Iosepho illis Hebraicis renunciante mandato Caelaris, latrones ac tyrannus, non ex benevolentia, sed

γίνεται τὰς παρακλήσεις δοκίμητες, ὑπερηφάνην. Τίτος δὲ, ὡς ὅτε οἴκτον ἔσατῶν τὰς ἄνδρας ὃδὲ Φειδώ τινα τὴν ποιειμένης ἐώρα, πάλιν πρὸς πόλεμον ἄκων ἐχώρει. πᾶσαν μὲν ὥν τὴν δύναμιν ἐπάγειν αὐτοῖς ὥχι οἵον τε ἦν, μὴ χωρίμενην τῷ τόπῳ τριάκοντα δὲ ἐπιλέξας ἀφ' ἐκάστης ἐκατονταρχίας τὰς ἀρίστας, καὶ τοῖς χιλιάρχοις ἀνὰ χιλίας παραδίς, τάτων δὲ ἐπιτάξας ἡγεμόνα Κερσάλιον, ἐπιθέ-
δαμ προσέταξε ταῖς Φυλακαῖς περὶ ὥραν τῆς νυκτὸς ἐνά-
την. ὅντα δὲ καὶ αὐτὸν ἐν τοῖς ὅπλοις, καὶ συγκαταβαίνειν
παρεσκευασμένου, οὗ τε Φίλοι διὰ τὸ μέγεθος τὰς κινδύνους
κατέδουν, καὶ τὰ παρὰ τῶν ἡγεμόνων λεγόμενα. „πλέον
„γὰρ αὐτὸν ἀνύσσειν, ἔφασαν, ἐπὶ τῆς Αντωνίας καθεζό-
„μενον, καὶ τὴν μάχην ἀγώνοθετήντα τοῖς σρατιώταις, ἢ
„εἰ καταβὰς προκινδυνεύοι. πάντας γὰρ, ὁρῶντος Καΐσαρος,
„ἀγαθὰς πολεμιτὰς ἐγενθαῖ.“ τάτοις πειθεὶς ὁ Καΐσαρ,
„δι᾽ ἐν τῷτο τοῖς σρατιώταις ὑπομένειν εἰπὼν, ἵνα κρίνῃ τὰς
„ἀρετὰς αὐτῶν, καὶ μήτε τῶν ἀγαθῶν τις ἀγέρασος, μήτε
„τῶν ἐνσεντίων ἀτμώρητος διαλάθῃ, γένηται δὲ αὐτόπτης
„ηκαὶ μάρτυς ἀπάντων, ὁ καὶ τὴν κολάζειν καὶ τὴν τιμὴν κύ-
„ριος, τὰς μὲν ἐπὶ τὴν πρᾶξιν ἐπεμπει. καθ᾽ ἦν ὥραν καὶ
προείηται, προελθὼν δὲ αὐτὸς εἰς τὸ κατοπτον ἀπὸ τῆς
Αντωνίας ἐκαραδόκει τὸ μέλλον.

5'. Οὐ μὴν οὕτως πειθέντες τὰς Φύλακας εὔζον
κοιμωμένης, ὡς ἥλπισαν, ἀλλ' ἀναπηδήσασι μετὰ κραυγῆς
σύθεως συνεπλέκοντο. πρὸς δὲ τὴν τῶν ἐκκοιτάντων Βοῆν
ἔνδοθεν οἱ λοιποὶ κατὰ σίφος ἐξέθεον. τῶν μὲν δὴ πρώτων
ταῦς ὁρμὰς ἐξεδέχοντο Ρωμαῖοι· περιέπιπτον δὲ οἱ μετ'
ἐκείνης τῷ σφετέρῳ τάγματι, καὶ πολλοὶ τοῖς οἰκείοις ὡς
πολεμίοις ἐχρώντο. τὴν μὲν γὰρ διὰ Βοῖς ἐπίγυνωσιν ἡ
κραυγὴ συγχυθεῖσα παρ᾽ ἀμφοῖν, τὴν δὲ ὄρματων ἡ νὺξ
ἐκαίσον ἀφείλετο, καὶ τυφλώττεν ἄλλως ὃς μὲν οἱ θυμοὶ¹
παρεσκεύαζον, ὃς δὲ οἱ Φόβοι. διὰ τῷτο τὸν προσυχόντα
πλήττεν ἦν ἄκριτον. Ρωμαίος μὲν ὥν συντοπικάταις, καὶ
κατὰ συντάξης προπηδῶντας, ἥττον ἐβλαπτεν ἄγκοις.

timiditate adhortationes proficisci existimantes, superbia efferebantur. Titus autem, cum illos neque suas fortunas miserari, neque templo parcere videret, inuitus bellum repetebat. Et copias quidem vniuersas, quod locus eas non caperet, illis admouere non poterat: tricens autem optimorum ex singula centuria delectis, et tribunis per milenos attributis, hisce duce praeposito Cereali, sub noctis horam nonam custodes aggredi iussit. Cum autem ipse quoque in armis esset, simulque ad descendum seinet parauisset, propter periculi magnitudinem eum amici cohiebant, atque illa, quae a ducibus dicta erant: „Plus enim ipsum effecturum, aiebant, ad Antoniam sedentem, pugnamque assignante militibus, quam si descendenteret, periculisque pro illis se obiiceret: quippe omnes in conspectu Caesaris strenuos fore bellatores.” Iстis obsequutus Caesar, cum ad milites dixisset: „ob hoc solum se manere, ut de eorum virtute iudicaret, et neque fortis quisquam praemio careret, neque ignavus poenam evaderet, sed omnium spectator ipse esset et testis, penes quem vlciscendi et remunerandi arbitrium,” illos quidein ad rem aggrediendam, hora, quae supra memorata est, diuinit; ipse vero, ad speculan ex Antonia progressus, quid fieret, exspectabat.

6. Verum hi, qui missi fuerant, non, ut sperabant, somno oppressos inuenerunt, sed cum clamore insilientibus statim ad manus ventum est. Caeteri autem excubitorum clamoribus exciti ex aedibus se turmatim proripebant. Primorum quidem impetum excipiebant Romani: et qui illos sequerentur in agmen proprium incidebant, multis que suorum velut hostibus vtebantur. Nam voce quidem suorum agnitionem confusus utriusque partis clamor, oculis vero quo minus discernerentur, nox omnino impediebat: ac praeterea quibusdam coecitatem iniiciebat furor, aliis timor. idcirco obuium quemque sine discrimine feriebant. Et Romanis quidem, scutorum coniunctione septis, et per globos prosilientibus, ignoratio minus nocebat:

καὶ γὰρ ἦν παρ' ἑκάστῳ μνήμη τῆς συνθήματος. Ιεδαῖοι δὲ αἱ σκεδανύμενοι, καὶ τὰς τε προσβολὰς, καὶ τὰς ὑποχωρήσεις ἀνέδην ποιόμενοι, πολλάκις Φαντασίαν παρεῖχον ἀλλήλοις πολεμίων· τὸν ὑποσρέφοντα γὰρ ἑκατὸς οἰκεῖον διὰ σκότους ὡς ἐπιόντα Ρωμαῖον ἔξεδέχετο. πλείστη γάν τὸν ὑπὸ τῶν ἴδιων, ἢ τῶν πολεμίων, ἐτρώθησαν, ἵνας, ἥμερας γενομένης, ὅψει τὸ λοιπὸν ἡ μάχη διεκρίνετο· καὶ κατὰ Φάλαγγα διατάντες, τοῖς τε Βέλεσιν εὐτάκτοις ἔχειντο καὶ τὰς ἀμύναις. Καὶ ἔτεροι δὲ γάρ τε εἶκον, γάρ τε ἑκοπίων. ἀλλοὶ μὲν, ὡς ἐΦορῶντος Τίτου, κατί τινας καὶ κατὰ συντάξεις ἥριζον ἀλλήλοις, καὶ προκοπῆς ἑκατὸς ἐπείνην αὐτῷ τὴν ἥμεραν ἀρξεῖν ὑπελάμβανεν, σὶ γενναῖως ἀγωίσαιτο. Ιεδαῖοι δὲ ἐθέραβεν τὰς τόλμας, ὅτι περὶ σφῶν αὐτῶν καὶ τὴν ιερὸν φόβος, καὶ ὁ τύραννος ἐΦεστῶς, καὶ τὰς μὲν παρακαλῶν, τὰς δὲ ματιγῶν καὶ διεγέρων ἀπελαῖς. συνέβαντο δὲ τὸ μὲν πλεῖστον σαδιαίαν εἶναι τὴν μάχην, ἐν ὅλῃ γῷ δὲ καὶ ταχέως ἀντιρρέφειν τὰς ροπάς. Καὶ δὲ ἔτεροι γὰρ γέτε Φυγῆς γέτε διώξεως μῆκος εἶχον. αἱ δὲ πρὸς τὸ συμβαῖνον οἰκεῖος ἀπὸ τῆς Λυτωνίας ὁ Θόρυβος ἦν. Θαρρεῖν δὲ καὶ κρατῆσι τοῖς σφετέροις ἐπειθών, καὶ μένειν τρεπομένοις· ἦν δὲ ὁσπερ τι πολέμος θέστερον. Καὶ δὲν γάρ γέτε Τίτου, γέτε τὰς περὶ αὐτὸν ἐλάνθανε τῶν κατὰ τὴν μάχην. τὸ δὲ πέρας ἀρξάμενοι τῆς νυκτὸς ἐννάτης ὥρας, ὑπὲρ πέμπτην τῆς ἥμερας διελύθησαν, αὐτὸν δὲ τῆς αὐτῆς συμβολῆς, μηδὲ ἔτεροι βεβαίως οἰλίαντες τὰς ἐτέρες, ἀλλὰ τὴν νίκην μέσην ἐν ἀγχωμάλῳ τῇ παρατάξεις καταλιπόντες. καὶ Ρωμαίων μὲν ἐπισήμως ἡγανίσαντο πολλοῖ· Ιεδαίων δὲ ἐκ μὲν τῶν περὶ Σίμωνα Ιεδαῖος ὁ τὸ Μέρτωνος, καὶ Σίμων ὁ τὸ Ιωσίχ, τῶν δὲ Ιεδαίων Ιάκωβος καὶ Σίμων. Καθλᾶ μὲν γάρ τος παῖς, Σωσᾶ δὲ ὁ Ιάκωβος. τῶν δὲ μετὰ Ιωάννου Γιοφθαῖος καὶ Δλεῖξ, τῶν δὲ ζηλωτῶν Σίμων οἰος Ιαείρης.

ζ'. Εν τάχτῳ δὲ ἡ λοιπὴ τῶν Ρωμαίων δύναμις, ἥμερας ἐπτὰ κατασρεψαμένη τὰς τῆς Λυτωνίας θεμελίας, μέ-

tesserae enim suae quisque meminerat. Iudei vero semper disiecti, et tam impetus, quam recessus, tenere facientes, sibi inuicem hostium speciem ingerebant: nam reuertentem suum quisque per tenebras quasi Romanum aggredientem excipiebat. Quare factum, ut plures a suis, quam ab hostibus, sauciarentur, donec orto die viisu deinceps pugna discerneretur, et in acie ex aduerso stantes bono ordine hostes telis peterent atque propulsarent. Neutri vero cedebant, neque labore fatigabantur. Sed Romani quidem et sigillatim et multi simul veluti in conspectu Titi strenue concertabant: illumque diem sibi quisque promotionis initium fore putabat, si fortiter dimicasset. Iudeis autem ministrabat audacia in et proprium cuiusque periculum, et quod templo metuerent, quodque tyranus instaret, alios quidem obsecrans, alios vero verberans, et minis ad pugnam incitans. Verum accidebat, ut maxima ex parte stataria esset pugna; atque in exiguo spatio et celeriter huc illuc inclinaret acies. neutra enim pars prolixum fugiendi vel persequendi spatium habebat. Semper autem, prout res vtrinque eueniebat, ex Antonia tumultus erat, ad suos clamantium, si superarent, ut bono animo essent, sin vero fugerent, ut fugam sisterent: eratque veluti quoddam belli theatrum. nec enim vel Titum, vel alios, qui cum eo erant, quicquam latebat eorum, quae in pugna gerebantur. Postremo, nona noctis hora coepto praelio, non nisi post quintam diei horam diremum est; cum neutri eo loco, unde pugnam iniere, certa fuga cessissent, verum medium in ancipiti acie victoriam reliquissent. Et Romanorum quidem plurimi egregie dimicabant: Iudeorum vero, ex parte Simonis, Iudas Mertonis filius, et Simon Iosiae; ex Idumaeis, Iacobus et Simon, hic Cathlae filius, Iacobus autem Sofae; atque ex Ioannis factione, Gypthaeus et Alexas; et ex Zelotis, Simon filius Iairi.

7. Interea autem reliqua Romanorum manus, septem diebus Antoniae fundamentis cuersis, latum ad templum

χρει τῇ ιερῷ πλατεῖαν ἀνοδὸν εὐτρεπίσαντο. πλησιάσαντα
δὲ τῷ περιβόλῳ τὰ τάγματα κατέρχετο χωμά-
των· τὸ μὲν ἄντικεν τῆς τῷ εἴσω ιερῷ γωνίας, ἣτις ἦν
κατ' ἄρχοντα καὶ δύσιν, τὸ δὲ κατὰ τὴν βόρειον ἐξέδραν, ἢ
μεταξὺ τῶν δύο πυλῶν ἦν, τῶν δὲ λοιπῶν δύο, θάτερον
μὲν κατὰ τὴν ἑσπέριον σοὸν τῷ ἐξωθεν ιερῷ, τὸ δὲ ἔτερον
ἔξω κατὰ τὴν βόρειον. προῦκοπτε μέντοι μετὰ πολλῶν
μάτῃ καὶ ταλαιπωρίᾳς αὐτοῖς τὰ ἔργα, καὶ τὴν ὑλὴν
ἀφ' ἐκατὸν σαδίων συγκομίζσιν. ἐκακάντο δὲ ἕθ' ὅπῃ
καὶ κατ' ἐπιβραλλαὶς αὐτοὶ, διὰ περιστίαν τῷ κρατεῖν ὄντες
ἀδεέσεροι, καὶ δι' απόγυνωσιν ἥδη σωτηρίας χρώμενοι τολ-
μηροτέροις τοῖς Ιεδαίοις. τῶν γὰρ ἵππεων τινὲς, ὅποτε προ-
σλθοιεν ἐπὶ ξυλείαν ἢ χόρτῳ συλλογήν, τὸν τῆς κομιδῆς
χρόνον, ἀνίστανται βόσκειν τὰς ἵππους ἀποχαλινύντες, ἃς
οἱ Ιεδαῖοι κατὰ σίφος ἐκπηδῶντες ἡρπάζουν. καὶ τάττε συνε-
χῶς γινομένης, νομίσας Καῖσαρ, ὅπερ ἦν, ἀμελεῖα τῶν
σφετέρων πλέον, ἢ τῇ Ιεδαίων ἀνδρείᾳ, γίνεσθαι τὰς ἀρπα-
γὰς, ἔγνω σκυθρωπότερον τὰς λοιπὰς πρὸς Φυλακὴν τῶν
ἵππων ἐπιτιχέψαμεν· καὶ κελεύσας ἀπαχθῆναι τὴν ἐπὶ θά-
νατον τῶν ἀπολεσάντων σρατιωτῶν ἔνα, Φόβῳ τοῖς ἄλλοις
ἐτήρησε τὰς ἵππους. ὡκέτι γὰρ εἴων νέμεσθαι, καθάπερ δὲ
συμπεφυκότες αὐτοῖς ἐπὶ τὰς χρείας ἐξήσταν. οἱ μὲν δὲ
προστικολέμιντο τῷ ιερῷ, καὶ τὰ χώματα διῆγενταν.

η'. Μετὰ δὲ μίαν ἡμέραν αὐτῶν τῆς ἀνόδου, πολλοὶ¹
τῶν σασιασῶν, οἵς ἀρπαγαὶ τε ἐπέλιπον ἥδη, καὶ ὁ λιμὸς
ἥπειγε, συνελθόντες ταῖς κατὰ τὸ Ελαιῶν ὅρος Ρωμαίων
Φυλακαῖς ἐπιτίθενται, περὶ ὧραν ἐνδεκάτην τῆς ἡμέρας,
οἰόμενοι πρῶτον μὲν ἀδοκήτων, ἐπειτα πρὸς θεραπείας
ἥδη τῷ σώματος ὄντων, ῥαδίως διεκπεσεῖν. προσαιθόμενοι
δὲ τὴν ἐφοδον αὐτῶν οἱ Ρωμαῖοι, καὶ ταχέως ἐκ τῶν πλη-
σίον Φρεγείων συνδραμίντες, εἰργον ὑπερπηδᾶν καὶ διακό-
πτεν τὸ περιτείχισμα βιαζόμενος. γενομένης δὲ καρτερᾶς
τῆς συμβολῆς, ἄλλα τε πολλὰ παρ' ἐκατέρων γενναίως
ἐπεράχθη, Ρωμαίων μὲν μετὰ τῆς ιχύος ἐμπειρίᾳ τῷ πολε-

adscensum muniuerunt. Et legiones cum primo muro appropinquassent, aggeres moliri coeperunt: vnum quidecim contra interioris templi angulum, qui ad septentrionem orientemque spectabat; alterum vero ad exedram septentrionalem, quae inter duas portas erat; aliorum vero duorum vnum contra porticum occidentalem templi exterioris; alterum vero contra septentrionalem. Veruntamen opera illis procedebant magno cum labore et graui difficultate, materiemque a centesimo usque stadio comportarunt. Interduin autem insidiis ipsi laedebantur, utpote minus cauti, quod insidiatores facile superare se posse putarint, atque Iudeos propter desperationem salutis audaciores haberent. Nonnulli enim equitum, quoties ad lignum siue foenum colligendum exiissent, interea dum id facerent, equos suos frenis exutos pasci sinebant, quos Iudei per cuneos erumpentes rapiebant. Itaque cum id crebro fieret, Caesar ratus, id quod verum erat, negligentia suorum magis, quam Iudeorum virtute, rapinas contingere, tristi animaduersione caeteros ad equorum custodiām reuocare statuit; unoque militum, qui equum perdiderat, morte damnato, eo metu equos suos caeteris conseruauit. Nunquam enim eos posthac ad pacandum dimittebant, sed tanquam natura his connexi ad necessaria egrediebantur. Et illi quidem templum oppugnabant, et aggeres erigebant.

8. Altera vero die post eorum adscensum, multi seditionum, quos rapinae iam defecerant et fames urgebat, congregati, in praesidia Romanorum iuxta Oliuarum montem, circa undecimam diei horam, impetum faciunt: sperantes primo quidecim inopinatos, deinde corporis curandi causa quiescentes, facile perrupturos esse. Verum Romani, cum illorū eruptionem praesensissent, concusunque fecissent ex propinquis custodiis, obstabant eis murum transcendere et vi perrumpere conantibus. Acri autem pugna conserta, et alia multa fortiter utrinque gestarunt; cum Romani quidem praeter fortitudinem etiam

μεῖν χρωμένων, Ιudeίων δὲ ἀφειδέστι ταῖς ὁρμαῖς καὶ τοῖς θυμοῖς ἀκαταχέστοις. ἐπερατήγει δὲ τῶν μὲν αἰδώς, τῶν δὲ ἀνάγκη. τότε γὰρ ἐξαφεῖναι Ιudeίως, ὥσπερ ἀρκυσιν ἐνελημένως, Ρωμαίοις αἴχισον ἐδόκει. κακένοι μίαν ἐλπίδα σωτηρίας εἶχον, εἰ βιασάμενοι ρίξειαν τὸ τεῖχος. καὶ τῶν ἀπὸ σπείρας τις ἵππεων, Πεδάνιος τύνομα, τρεπομένων ἦδη τῶν Ιudeίων, καὶ κατὰ τῆς Φάραγγος συναθρόμενων, ρόθιον ἐκ πλαγίας παρελαύνων τὸν ἵππον, ἀρπάζει τινὰ Φεύγοντα τῶν πολεμίων, νεανίαν, σιβαρόν τε ἄλλως τὸ σῶμα, καὶ καθωπλισμένον, δραξάμενος ἐκ τῆς σφυρῆς. τοσῦτον μὲν ἔσυτὸν ἐκτρέχοντος ἐπέκλινε τὴν ἵππη, τοσῦτον δὲ ἐπεδείξατο τῆς τε δεξιᾶς τὸν τόνον, καὶ τὴν λοιπὴν σώματος, ἔτι δὲ ἐμπειρίας ἵππης. ὃ μὲν δὲν ὥσπερ τι καθῆλιον ἀρπασάμενος ἦκε Φέρων Καίσαρι τὸν αἰχμάλωτον. Τίτος δὲ τὸν μὲν λαβόντα τῆς δυνάμεως Θαυμάσας, τὸν δὲ ληφθέντα τῆς περὶ τὸ τεῖχος ἐπιχειρήσεως κολάσαγ κελεύσας, αὐτὸς ἐν ταῖς περὶ τὸ ιερὸν διαμάχαις ἦν, καὶ τὰ χώματα κατήπειγεν.

Θ'. Ενῷ Ιudeίοις κακέμενοι ταῖς συμβολαῖς, αἱδὲ κατ' ὅλγου κορυφώμενα τὴν πολέμην καὶ τῷ ναῷ προσέρποντος, καθάπερ σηπομένα σώματος, ἀπέκοπτον τὰ προειλημμένα μέλη, Φθάνοντες τὴν εἰς τὸ πρόσω νομῆν. τῆς γὰρ Βορείας καὶ κατὰ δύσιν σοᾶς τὸ συνεχές πρὸς τὴν Αντωνίαν ἐμπρήσαντες, ἔπειτα ἀπέρρηξαν ὅσον πήχεις εἶκοσι, ταῖς ἴδιαις χερσὶν ἀρξάμενοι καίειν τὰ ἄγια. μετὰ δὲ ἡμέρας δύο, τετάρτη καὶ εἰκάδι τὴν προεμημένην μηνὸς, τὴν πλησίον σοὰν ὑποπιπρῶσι Ρωμαῖοι, καὶ μέχρι πεντεκαΐδεκα πηχῶν προκοψάντος τὴν πυρὸς, ἀποκόπτγσιν ὁμοίως Ιudeίοις τὴν ὁροφὴν, μήτε καθάπαν ἐξισάμενοι τῶν ἔργων, καὶ τὸ πρὸς τὴν Αντωνίαν συναφὲς αὐτῶν διαιτεῦντες· καὶ παρὸν καλύειν ὑποπιπράντας. οἱ δὲ, πρὸς τὴν ἐμβόλην τὴν πυρὸς ἡρεμήσαντες, τὴν νομὴν ἐμέτρησαν αὐτῷ σφίσις χερσίμως. περὶ μὲν δὴ τὸ ιερὸν δὲ διέλιπτον αἱ συμβολαὶ, συνεχῆς δὲ ἦν κατὰ μέρος ἐκθεόντων ἐπ' ἄλληλας ὁ πόλεμος.

bellandi peritia, Iudei vero immoderato impetu et effrenatis animis vterentur. illos autem pudor quidem vngebat, hos vero necessitas. Tunc enim diuinitate Iudeos, velut reti comprehensos, Romanis turpissimum videbatur; et illi vnam spem salutis, si murum perrumpere possent, habebant. Et quidam ex ala equitum, Pedanius nomine, Iudeis in fugam versis, atque in vallem coactis, equo a latere incitato praeteruectus, corripit vnum ex hostibus fugientem, iuuenem, et alias corpore validum, et armis vndique septum, talo comprehensum. tantum quippe se inclinavit equo currente, tantamque dextrae vim, et reliqui corporis, itenque equestris peritiae ostendit. Et ille quidem, tanquam pretiosi aliquid rapuisset, captiuum secum adducens ad Caesarem venit. Titus autem vires illius, qui eum ceperat, admiratus, et captiuo, quia murum aggressus est, suppicio tradito, ipse templi oppugnationem curabat, atque aggeribus erigendis instabat.

9. Interim Iudei in conflictibus pessumdati, paulatim semper adscendente bello et in templum etiam serpente, sicuti in corpore putrescente, membra, in quae iam inuaserat, absindebant, priusquam ulterius graflarentur. Nam cum porticus partein, quae a septentrione et occasu coniuncta erat Antoniae, incendissent, postea ad virginis cubitos abruperunt, suis manibus sacra adyta vrere aggressi. Biduo autem post, vicesimo et quarto mensis predicti die, vicinam porticum incenderunt Romani; flammaque ad cubitos xv. progressa, Iudei similiter temulum absindunt: et ab operibus eam non omnino auertentes, quicquid inter ipsos erat et Antoniam diruunt; etiam cum liceret eis incendium prohibere. Illi autem cum prium ignis iniiceretur, otiosi, eius cursum pro sua utilitate metiebantur. Quare siebat, vt circa templum quidem acie configere non desinerent; sed frequens erat singulorum contra se inuicem excurrentium pugna.

ι. Τῶν Ιεδαίων δέ τις, κατὰ ταύτας ἡμέρας, ἀνήρ,
τό, τε σῶμα Βρεχῆς καὶ τὴν ὄψιν εὐκαταφρούητος, γένες
τε ἔνεκα καὶ τῶν ἄλλων ἀσημος, Ιωνάθης ἐκαλεῖτο, προ-
ελθὼν κατὰ τὸ τῆς ἀρχιερέως Ιωάννου μνημεῖον, ἄλλα τε
πολλὰ πρὸς τὴς Ρωμαίους ὑπερηφάνως ἐφθέγγετο, καὶ τὸν
ἀριστὸν αὐτῶν εἰς μονομαχίαν πρέπηλετο. τῶν δὲ ταύτη
παρατεταγμένων οἱ πολλοὶ μὲν ὑπερηφάνιον, ἥσαν δ', οἱ
κατὰ τὸ σίκος ἐδεδοίκεσαν· ἥπτετό γε μὴν τινῶν καὶ λο-
γισμὸς ὡς ἀσύνετος, Θανατῶντι μὴν συμπλέκεθαι. τὰς
γὰρ ἀπεγνωκότας τὴν σωτηρίαν τάτ' ἄλλα καὶ τὰς ὄρμας
ἀταμιεύτες ἔχειν, καὶ τὸ Θεῖον αἰδυσώπητον· τό, τε πα-
ρεβάλλεθαι πρὸς ἡς καὶ τὸ νικᾶν ἢ μέγα, καὶ μετ' αἰχύ-
νης τὸ ληφθῆναι σφαλερὸν, ὡς ἀνδρείας, ἄλλα θρασύτη-
τος εἶναι. μηδενὸς δὲ ἐπιπολὺ προϊόντος, καὶ τὸ Ιεδαίων
πολλὰ κατακερτομεύντος αὐτὸς εἰς δειλίαν, ἀλλαζὼν γάρ
τις ἦν ἐαυτῷ σφόδρα καὶ τῶν Ρωμαίων ὑπερῆφανος, Πλά-
δης τις ὄνομα, τῶν ἐξ Ἰλης ιππέων, Βδελυξάμενος αὐτῷ
τὰ τέ ρήματα, καὶ τὸ αὐθαδεῖ, σίκος δὲ καὶ πρὸς τὴν Βρε-
χύτητα τὸ σώματος αὐτὸν ἀσκέπτως ἐπαρθῆναι, προπη-
δᾶ· καὶ τὰ μὲν ἄλλα περιῆν συμβαλῶν, προεδόθη δὲ ὑπὸ¹
τῆς τύχης. πεσόντα γὰρ αὐτὸν ὁ Ιωνάθης ἀποσφάττει
προσδεαμών, ἔπειτα ἐπιβὰς τῷ νικεῷ, τό, τε Ξίφος
ἡμαγμένον ἀνέστει καὶ τῇ λαιᾷ τὸν Θυρεὸν, ἐπηλάλαξέ τε
τῇ σρατιᾳ πολλὰ, καὶ πρὸς τὸν πεσόντα κομπάζων, καὶ
τὰς ὄρῶντας Ρωμαίους ἐπιτκώπτων, ἕως αὐτὸν, ἀνασκι-
τῶντα καὶ ματαιίζοντα, Πρίσκος τις ἐκατοντάρχης τοξεύ-
σας διῆλαστε βέλει. πρὸς δὲ τῶν τε Ιεδαίων καὶ τῶν Ρω-
μαίων κραυγὴ συνεξήρθη διάΦορος. οἱ δὲ δινηθεῖς ἐκ τῶν
ἄλγηδένων ἐπὶ τὸ σώμα τὸ πολεμίων κατέπεστεν, ὥκιτά-
την ἀποφήνας ἐν πολέμῳ τὴν ἐπὶ τοῖς ἀλόγως εύτυχεστινέ-
μεσιν.



10. Iisdem autem diebus, quidam ex Iudeis vir et corpore breuis et vultu despabilis, tamque genere, quam rebus aliis, ignobilis, Ionathas nomine, progressus ad Iohannis pontificis monumentum, cum alia multa superbe ad Romanos proloquutus est, tum quem fortissimum habent ad singulare certamen prouocauit. At eorum, qui in acie ex aduerso instructa stetere, multi quidem dignabantur: erant autem inter eos, (vt verisimile) etiam, qui timerent: caeterum quosdam non inconsulta mouebat ratio, cum mortis cupido non configendum esse. nam qui de salute desperarent, eos praeter alia temerario impetu ferri, Deumque non respicere: et cum his in discri-
men venire, quos neque vincere magnum sit, et Vinci cum dehonestamento pericolosum, non fortitudinis, sed ferocitatis videri. Cum autem diu nemo procederet, multaque Iudeus eorum timiditati illuderet, vt qui in se valde arrogans esset et Romanorum contemtor, Pudens quidam u nomine, ex ala equitum, et verba illius et insolentiam detestatus, fortasse autem etiam corporis breuitate inconsiderate sublatus, prosiliit; et caetera quidein superior erat in conflictu, sed a fortuna proditus erat. Ipsum enim Ionathas, cum cecidisset, accurrens interficit; deinde pede supra mortuum posito, et gladium cruentum quatiebat laeuaque scutum, atque multis acclamavit exercitu, et caelo insultans, et Romanis spectantibus obtrectans, donec eum tripudiantem et vana iactantem Priscus quidam centurio sagitta transfixit. quo facto et Iudeorum et Romanorum clamor varius excitatus est. Ille autem, vertigine ex dolore correptus, in corpus hostis decidit; ostenditque, in bello velocissimam ultionei sequi immetato fortunatos,

ΚΕΦ. γ'.

Περὶ τῆς ἐπινοηθέντος παρὰ τῶν Ιεδαιών δόλου, ὃ πολλάς
Ρωμαίων ἐνέπεσταν. ἄλλη τῷ λιμῷ δεινοτάτῳ ἔκφεστις.

ΟΙ δὲ αὐτὰ τὸ ιερὸν σαριασαὶ Φαυρεῖς τὸ ἐκ αἰνεσταν τὸς
ἐπὶ τῶν χωμάτων σρατιώτας ἀμυνόμενοι καθ' ἐκάτην ἡμέ-
ραν, καὶ τῷ προειρημένῳ μηνὸς ἑβδόμῃ καὶ εἰκάδι δόλου
ἐντικναύσθουται τοιόνδε. τῆς ἐσπεζίς σοᾶς τὸ μεταξὺ τῶν
δοκῶν καὶ τῆς ὑπὸ αὐτῆς ὁροφῆς, ὅλης ἀναπικλᾶσιν αὕτη,
πρὸς δὲ ἀσφάλτη τε καὶ πίσσης, ἐπειτα ὡς καταπονήμε-
νοι δῆθεν ὑπεχώρευν. πρὸς δὲ τῶν μὲν ἀσκέπτων πολλοῖ,
ταῖς ὁρμαῖς Φερόμενοι, προσέκειντο τοῖς ὑποχωρεῦσιν, ἐπὶ
τε τὴν σοὰν ἐπήδων προσθέμενοι κλίμακας· οἱ δὲ συνετώ-
τεροι, τὴν ἄλογον τροπὴν τῶν Ιεδαιών ὑπονοῆσαντες, ἐμε-
νον. κατεπλήσθη μέντοι τῶν ἀναπιδησάντων ἡ σοὰ, καὶ
τάτῳ οἱ Ιεδαιοὶ πᾶσαν ὑποπιμπεῖστιν αὐτήν. αἰρομένης δὲ
αἰφνιδίως πάντοθεν τῆς Φλογὸς, τύς τε ἔξω τῷ κινδύνῳ
Ρωμαίων ἐκπληξίς ἐπέχει δεινή, καὶ τὸς περιχωθέντας
ἀμηχανία. κυκλάμενοι δὲ ὑπὸ τῆς Φλογὸς, οἱ μὲν εἰς τὴν
πόλιν ὀπίστω κατενερήμνιον ἐσαυτὸς, οἱ δὲ εἰς τὸς πολεμίκης
πολλοὶ δὲ ἐλπίδι σωτηρίας εἰς τὸς σφετέρους καταπιδῶν-
τες ἐκλῶντο τὰ μέλη, πλείστων δὲ ἐφθανε τὰς ὁρμὰς τὸ
IAM vero quarto anno imperii Vespasiani, accidit, ut Antiochus rex Commagenes in maximas clades cum tota domo incideret, ex causa huiusmodi. Caesennius Paetus, tunc Syriae praeses constitutus, siue vera dicens, siue propter iniurias inter ipsum et Antiochum (nam liquido res non constabat) literas ad Caesarem misit, indicans „Antiochum cum filio Epiphane decreuisse „a Romanis defectionem facere, pactione inita cum rege Parthorum: proptereaque oportere illos ante capere, ne, si priores nouas res adorti essent, totum Romanorum imperium bello perturbarent. Non debere autem Caesarem huiusmodi nuncium ad se perlatum negligere. nam vicinitas regum faciebat, ut negotium „maiori cura dignum haberetur. quippe Samosata, Commagenes maximam ciuitatem, ad Euphratem sita esse, adeoque Parthis (si quid eiusmodi cogitauerint) facili- „mum quidem transitum esse, tutum vero receptaculum.“ Fide igitur habita Paeto, ac potestate ipsi facta agendi quod expedire videretur, nihil cunctatus est: verum derepente, Antiocho suisque nihil tale exspectantibus, ingressus est Commagenen, ex legionibus quidem sextam ducens, et insuper quasdam cohortes alaque equitum. Quin et auxilio ei erant reges, Chalcidiae quidem dictae, Aristobulus, Emesae vero Soëmus nomine. Introitus autem illis erat sine certamine. nam indigenarum nemo volebat lacertos contra mouere. Antiochus autem, insperato accepto nuncio,

πεσθσης, πολέμια μὲν ἀδ' ὑπὸνοιαν πρὸς Ρωμαίας ἐσπασεν· ἔγνω. δὲ, πᾶσαν τὴν Βασιλέαν ὡς εἶχεν ἐπὶ ϕύματος καταλιπὼν, μετὰ γυναικὸς καὶ τέκνων ὑπεξελθεῖν, οὗτος ἂν οἴμενος καθαρὸν Ρωμαίοις ἐκτὸν ἀποδεῖξαν τῆς ἐπενηγμένης αἰτίας. καὶ προελθὼν ἀπὸ τῆς πόλεως ἐκατὸν σαδίας πρὸς τοὺς εἴκοσιν εἰς τὸ πεδίον, ἐν αὐτῷ καταυλίζεται.

β'. Παῖτος δὲ ἐπὶ μὲν τὰ Σαμόσατα τὰς καταληφθέντας αἰτοτέλλει, καὶ δὲ ἐκείνων εἶχε τὴν πόλιν· αὐτὸς δὲ μετὰ τῆς ἄλλης δυνάμεως ἐπ' Αντίοχον ἐποιεῖτο τὴν ὁρμήν. οὐ μὴν ὁ Βασιλεὺς ἀδ' ὑπὸ τῆς αἰγάλυκης προήχθη πρᾶξαν τι πρὸς Ρωμαίους πολεμικὸν, ἀλλὰ τὴν αὐτὴν τύχην ὁδηρόμενος ὅ τι δέοις παθεῖν υπέμενε· νέοις δὲ, καὶ πολέμων ὄμητέροις, καὶ ῥώμῃ σωμάτων διαφέρεσσιν, οὐ ράδιον ἦν τοῖς παισὶν αὐτῇ τὴν συμφορὰν ἀμαχεῖ καρτερεῖν. τρέπονται οὖν πρὸς ἀληὴν Επιφανῆς τε καὶ Καλλίνικος. σφοδρὰς δὲ τῆς μάχης καὶ παρ' ὅλην τὴν ἡμέραν γενομένης, αὐτοὶ τὴν ἀνδεῖαν διαπεπῆ παρέχουν, καὶ μηδὲν ἐλαττωθεῖση τῇ σφετέρᾳ δυνάμει, ἐσπέρας διελύθησαν. Αντίοχω δὲ ἀδ' ἐπὶ τῇ μάχῃ τῶν τεχωρηκύσα τὸν τρόπον, μένειν ἀνεκτὸν ἔδοκε· λαβὼν δὲ τὴν γυναικαν καὶ τὰς θυγατέρες, μετ' ἐκείνων ἐποιεῖτο Φυγὴν εἰς Κιλικίαν, καὶ τύτο πράξας τὰ Φρογύπατα τῶν οἰκείων σρατιωτῶν κατέκλασεν. ὡς γὰρ ἀπεγνωσμένης ὑπὸ αὐτῇ τῆς Βασιλείας ἀπέστησαν, καὶ πρὸς τὰς Ρωμαίας μοτεβάλλοντο, καὶ πάντων πρόδηλος ἦν ἀπόγνωσις. πρὶν δὲ τελέως ἐρημωθῆναι τῶν συμμάχων, τοῖς περὶ τὸν Επιφανῆ σώζονται αὐτὸς ἐκ τῶν πολεμίων ἦν ἀναγκαῖον. καὶ γίνονται δόκα σύμπαντες ἵππεις οἱ μετ' αὐτῇ τὸν Εὐφράτην διαβάντες, ἐνθεν ἦδη μετ' ἀδείας πρὸς τὸν Βασιλέα τῶν Πάρθων Βολογέστην καμιδέντες, οὐχ ὡς Φυγάδες ὑπεξιΦανῆθησαν, ἀλλ' ὡς ἔτι τὴν παλαιὰν ἔχοντες εὑδαιμονίαν, πάσης τιμῆς ἡξιώθησαν.

γ'. Αντίοχω δὲ εἰς Ταρσὸν αὐθιγμένω τῆς Κιλικίας, ἐκατοντάρχην Παῖτος ἐπιπέμψας, δεδεμένον αὐτὸν εἰς Ράμπην ἀπέστηλεν. Οὐεσπασιανὸς δὲ ἀχ υπέμενον ὅτα πρὸς

de bello quidem aduersus Romanos nequissimum ad cogitandum inducere; decreuit autem, teto regno in eo quo erat statu relicto, cum coniuge ac liberis egredi; hoc facto se Romanis purum a suspicione criminis sibi illiciti probaturum esse ratu. Cumque ex urbe egressus esset centum et triginta stadiis in planiciem, illic tabernaculum posuit.

2. Paetus autem de suis aliquot ad Samosata quidem occupanda mittit, et per eos ciuitatem tenebat: ille vero cum aliis copiis Antiochum versus contendebat. Non tamen rex vel ipse necessitate adductus est aduersus Romanos aliquid bellicum gerere; sed de fortuna sua querens quicquid oporteret pati sustinuit: filiis autem eius, adolescentibus, bellique peritis, et corporis robore praestantibus, haud facile erat sine pugna calamitatem perferrre. Itaque ad dimicandum se conferebant Epiphanes et Callinicus. Vehementi autem pugna et per totum diem habita, ipsi se fortitudine conspicuos praestabant; nullaque parte suarum copiarum imminuta, nocte appetente direntum est praelium. Antiocho vero neque pugna hoc modo finita ferendum videbatur, ut maneret; sed sumta coniuge cum filiabus, illis eam comitantibus in Ciliciam fugit. atque hoc facto militum suorum animos frexit. nam veluti desperato ab eo regno defecere, et Romanis se dediderunt, atque ab omnibus palam desperatum erat. itaque prius, quam penitus destituerentur auxiliis, Epiphani cum suis seruare se ex hostibus erat necessarium. atque omnes erant equites numero decem, qui cum eo Euphratem transgressi, atque inde sine metu profecti ad Vologesem regem Parthorum, non quasi profugi despectui erant; sed, haud secus ac si pristinam felicitatem adhuc retinuissent, omni honore digni censebantur.

3. Antiochum vero ipsum, ubi Tarsum Cilicise venit, missio centurione Paetus vincitum Romam invenitum curauit. Vespasianus autem ita regem ad se deduci

αὐτὸν ἀναχθῆναι τὸν Βασιλέα, τῆς παλαιᾶς ἀξιῶν φίλιας μᾶλλον αἰδῶ λαβεῖν, οὐδὶ τὴν τῷ πολέμῳ πρόφασιν ἀπεργάτητον ὄργυὴν διαφυλάττειν. κελεύει δὲ καθ' ὅδὸν ἐπ' ὅντος αὐτῷ τῶν δεσμῶν ἀφαιρεθέντα, καὶ παρέντα τὴν εἰς τὴν Ρώμην ἄφιξιν, τὸῦν ἐν Λακεδαίμονι διάγενιν· δίδωσι τοις μεγάλας αὐτῷ προσόδοις χρημάτων, ὅπως μὴ μόνον ἄφθονον, ἀλλὰ καὶ βασιλικὴν ἔχοι τὴν διαταγήν. ταῦτα τοῖς περὶ τὸν Επιφανῆ πυθομένοις, πρότερον σφόδρα περὶ τῷ πατρὸς δεδιόσιν, ἀνείθησαν αἱ ψυχαὶ μεγάλῃς καὶ δυσδιαθέτη φρεοντίδος. ἐλπὶς δὲ καὶ αὐτοῖς τῶν παρὰ Καίσαρος διαλλαγῶν ἐγένετο, Βολογέστης περὶ αὐτῶν ἐπιτείλατος. ὃδὲ γὰρ εὐδαιμονῶντες ὑπέμενον ἔξω τῆς Ρωμαίων ζῆν ἥγεμονίας. δόντος δὲ Καίσαρος ἡμέρως αὐτοῖς τὴν ἀδμαν, εἰς Ρώμην παρεγγένετο, τῷ τε πατρὸς ὡς αὐτὸς ἐκ τῆς Λακεδαίμονος εὑθὺς ἐλθόντος, πάσης ἀξιώμενοι τιμῆς πατέμενον ἐνταῦθα.

δ'. Τὸ δὲ τῶν Αλανῶν θέρος, ὅτι μὲν εἰσι Σκύθαι περὶ τὸν Τάναιν καὶ τὴν Μαιῶτιν λίμνην κατοικῶντες, πρότεροι δῆτα δεδηλώκαμεν, κατὰ τότες δὲ τὰς χεόντας διανοθέντες εἰς τὴν Μηδίαν, καὶ προσωτέρω ταύτης ἔτι καθ' ἀρπαγὴν ἐμβαλεῖν, τῷ βασιλεῖ τῶν Τρκανῶν διαλέγονται. τῆς παρόδου γὰρ ὅτος δεσπότης ἐσὶν, ἦν ὁ βασιλεὺς Αλέξανδρος πύλαις σιδηραῖς κλεισθῆν ἐποίησε. κάκεντα τὴν εἰσοδοι αὐτοῖς παραχόντος, ἀθρόοις καὶ μηδὲν προτοπτεύσασι τοῖς Μήδοις ἐπιτεσσόντες, χώραν πολυάνθερων καὶ παντούν ἀνάμεσον βοσκημάτων διέρπαλον, μηδενὸς αὐτοῖς τολμῶντος ἀνθίσασθαι. καὶ γὰρ ὁ βασιλεὺς τῆς χώρας Πάνθερος ὑπὸ δέκας εἰς τὰς δυαχωρίας ἀναφυγαν, τῶν μὲν ἄλλων ἀπάντων παρακεχωρήκει, μόλις δὲ παρέ αὐτῶν ἐρρυσατο τὴν τε γυναικα καὶ τὰς παλλακὰς αὐχμαλώτης γενέντας, ἐπατὸν δὲς τάλαντα. μετὰ πολλῆς ἐν ρασώντις ἀμαχεὶ ποιώμενοι τὰς αἴρησαν, μέχρι τῆς Αρμενίας προπληθούν, πάντα λεηλατήσας. Τηριδάτης δὲ αὐτῆς ἐβασίλευεν, δε ὑπαγνάσας αὐτοῖς, καὶ ποιησάμενος μάχην, παρὰ μι-

non passus est, ad veterem amicitiam potius respectum habere aequum censens, quam belli occasione inexorabilem iracundiam seruare. Itaque iubet ei iter agenti auferri vincula, interimque profectione ad Romanum, in praesens apud Lacedaemonem degere: magnos etiam ei pecuniae redditus dat, ut victus non modo largus ei suppeditaretur, sed et regius et magnificus. Vbi Epiphanes, et qui cum eo erant, ista acceperant, qui patri ante valde meruebant, liberati erant magna et difficultatis anxietate et solicitudine. insuper et spem conceperunt redeundi in gratiam cum Caesare, cum Vologeses de illis literas scripsisset: nec enim, quamuis feliciter agerent, extra Romanum imperium viuere sustinebant. Cuinque Caesar illis humaniter securitatem dedisset, Roman se contulerunt; patreque ad eos ex Lacedaemonie statim aduecto, omni honore excepti illic manebant.

4. Alanorum autem gens, quod quidem Scythae sint, iuxta fluumen Tanaim et paludem Maeotidem sedes habentes, alicubi iam ante in memorauius; his vero temporibus molientes in Mediam et vterius praedandi causa penetrare, cum rege Hyrcanoruim colloquuntur. is enim est transitus illius dominus, quem rex Alexander portis ferreis muniuerat. Cumque is aditum istis aperuisse, confertim Medos, nihil tale suspicantes, adorti, regionem virorum plenam et omne genus pecore abundantem diripiebant, nemine illis audente resistere, etenim Pacorus, qui tum isti regioni imperabat, in loca difficultiora pree metu se recipiens, caeteris quidem omnibus cesserat: vix autem ab illis coniugem ac concubinas suas captas, datis centum talentis, redemit. Magna ergo facilitate et sine pugna rapinas exercentes, usque ad Armeniam vastantes omnia processere. Eius autem Teridates rex erat, qui cum illis obuiam iuisset pugnamque cominiisset, parum aberat, quin viuus

καὶ οὐ πάλιν ἐπὶ αὐτῆς ζωὸς ἀλλαναι τῆς παρατάξεως. Βρέδος γὰρ αὐτῷ τις πέρρωθεν περιβαλλὼν ἔμελλεν ἐπισπάσειν, εἰ μὴ τῷ ξέφει θάττον ἐκεῖνος τὸν τόνον κόψας, ἥφθη διαφυγεῖν. οἱ δὲ, καὶ διὰ τὴν μάχην ἦτι μᾶλλον ἀγριώτεροι, τὴν μὲν χώραν ὑλυμήναντο· πολὺ δὲ πλῆθος αὐτῶν καὶ τῆς ἄλλης λοίας ἄγοντες ἐξ αὐτοῖς τῶν βασιλειῶν, πάλιν εἰς τὴν σίκείαν ἐκομιδησαν.

ΚΕΦ. η.

Περὶ Μασάδας καὶ τῶν αὐτὴν καταχόντων σικαρίων· καὶ ὁπως Σίλβας εἰς τὴν Φρεγέα πολιορκίαν ἐτράπετο. Ελεαζάρος δημητροείδες.

ΕΠΙ δὲ τῆς Ιudeίας Βάσεως τελευτῆσαντος, Φλαβίος Σίλβας διαδέχεται τὴν ἡγεμονίαν· καὶ τὴν μὲν ἄλλην ἀπασαν ὁρῶν τῷ πολέμῳ κεχιρωμένην, ἐν δὲ μόνον ἔτι Φρεγέον ἀφεσηκός, ἐτράπευσεν ἐπὶ τότο πᾶσαν τὴν ἐν τοῖς τόποις δύναμιν συναγαγών. καλεῖται δὲ τὸ μὲν Φρεγέον Μασάδα, προειπήκει δὲ τῶν κατειληφότων αὐτὸν σικαρίων δυνατὸς ἀνὴρ Ελεαζάρος, ἀπόγονος Ιεροῦ πείσαντος Ιudeίων ὡς ὀλίγης, ὡς πρότερον δεδηλώκαμεν, μὴ ποιηθεῖ τὰς ἀπογεαφάς, ὅτε Κυρήνιος τιμητὴς εἰς τὴν Ιudeίαν ἐπέμφθη. τότε γὰρ οἱ σικάριοι συνέστησαν ἐπὶ τὰς ὑπακόειν Ρωμαίων θέλοντας, καὶ πάντα τρόπον ὡς πολεμίοις προσεφέροντο, τὰς μὲν κτήσεις ἀρπάζοντες, καὶ πειλαύνοντες, τὰς δὲ οἰκήσεις αὐτῶν πῦρ ἐνέίντες. ὡρίδην γὰρ ἀλλοφύλων αὐτὸς Ἐφασκον διαφέρειν, οὗτος ἀγεννῶς τὴν περιμάχητον Ιudeίοις ἐλευθερίαν προειμένης, καὶ δυλείαν αἰρεῖσθαι τὴν ὑπὸ Ρωμαίοις ἀνωμολογηκότας. ἦν δὲ ἄξια τότο πρόφασις εἰς παρακάλυμμα τῆς ὠμότητος καὶ τῆς πλεονεξίας ὡς αὐτῶν λεγόμενον. σαφὲς δὲ διὰ τῶν ἔργων ἐποίησαν. οἱ μὲν γὰρ αὐτοῖς τῆς ἀποσάστεως ἐκοινώησαν, καὶ τῷ πρὸς Ρωμαίους συνήργαντο πολέμον, τὰ παρ' ἐκείνων δὲ τολμήματα χείρω πρός αὐτὸς ἐγένετο.. καὶ πάλι τῷ φεύ.

in illo conflictu caperetur. procul enim quidam missis in eum laqueo circumdatum tracturus erat, nisi celester gladio abscidisset funem, et fugere occupasset. Illi autem, pugna multo magis effusati, terrain quidem depopulati sunt: magnam vero hominum multitudinem, aliquique abigentes praedam ex utroque regno, iterum domum suam se receperunt.

CAP. VIII.

De Masada et sicariis, qui eam occupauerant. et quomodo Silua ad castelli oppugnationem se conuertebat. Eleazaris concio.

Defuncto autem Baslo in Iudea, Flavius Silua praefecturam suscipit: et caeteram quidem terram omnem bello subactam videns, unum vero adhuc castellum in defectione persistere, uniusquis istorum locorum copiis collectis, eas in illud eduxit. Castellum autem appellatur quidem Masada, ei vero praeverat vir potens sicariorum, a quibus occupatum fuerat, nomine Eleazarus, e posteris Iudeae, qui Iudeorum non paucis persuaserat, ut ante diximus, ne censum agi sinerent, quando Quintinius censitor in Iudeam missus est. Tunc enim sicarii conspirarunt in eos, qui Romanis dicto audientes esse volebant, omnique modo his quasi hostibus uterentur, diripiendo quidem et abigendo eorum bona, ignem vero dominibus eorum iniiciendo. Nihil enim illos ab alienigenis differre dicebant, qui libertatem a Iudeis magnopere expetendam ita degeneres prodiderunt, professisque sunt, se malle Romanis in seruitutem se tradere. Erat autem totum hoc plane praetextbox, ac dicebatur ab iis, ut crudelitatem atque avaritiam suam tegarent. id quod rebus ipsis palam fecerunt. Nam isti quidem et defectionis cum illis socii erant, et belli aduersus Romanos participes; facinora vero ausi sunt in Romanos peiora, quam alii. cumque

διεθαμ πάλιν τὴν πρόφασιν ἔξελεγχόμενοι, μᾶλλον ἐκάκην τὰς τὴν πουηρίαν αὐτῶν διὰ τῆς δικαιολογίας ὄντειδίζοτας. ἐγένετο γάρ πως ὁ χρόνος ἐκένος παντοδαπῆς ἐν τοῖς Ιαδαίοις πουηρίας πολυΦόρος, ὡς μηδὲν κακίας ἔργου ἀπέραντον καταλιπεῖν, μηδὲ εἰ τις ἐπινοίᾳ διαπλάττειν ἐθελήσειν ἔχειν ἢ τι κακιότερον ἔξευρεῖν. Υπάρχει διὸ τοις καὶ κοινῇ πάντες ἐνόσησαν, καὶ πρὸς ὑπερβαλεῖν ἀλλήλας ἐν τε ταῖς πρὸς τὸν Θεὸν ἀσεβείαις, καὶ ταῖς εἰς τὰς πλησίους ἀδικίας, ἐφιλονείησαν· οἱ μὲν δυνατοὶ τὰ πλήθη κακάντες, οἱ πελλοὶ δὲ τὰς δυνατὰς ἀπολλύνας σπεύδοντες. ἦν γάρ εἰκόνος μὲν ἐπιθυμία τῷ τυραννεῖν, τοῖς δὲ τῷ βιάζειν καὶ τὰ τὸν εὔπόρων διαρκάζειν. πρώτοι μὲν ὅν οἱ σικάριοι τῆς παρανομίας, καὶ τῆς πρὸς τὰς συγγενεῖς ἔρχεντο ὠμότητος, μήτε λόγου ἀρρρτον εἰς ὑθρεῖν, μήτ' ἔργου ἀπειρασον εἰς ὅλεθρον τῶν ἐπιβαλευθέντων παραλείποντες. ἀλλὰ καὶ τάτους Ιωάννης ἀπέδειξεν ἐαυτῷ μετριωτέρας. ἢ γάρ μόνον ἀνῆρε πάντας, ὅσοι τὰ δίκαια καὶ συμφέροντα συνεβάλευον, καθάπερ ἐχθίσιοις μάλιστα δὴ τῶν πολιτῶν τοῖς τοιάτοις προσφερόμενος· ἀλλὰ καὶ κοινῇ τὴν πατρείδα μυρίων ἐνέπλησε κακῶν, ὅποῖα πράξειν ἔμελλεν ἀνθρωπος ἥδη καὶ τὸν Θεὸν ἀσεβεῖν τετολμηκάς. τράπεζάν τε γάρ ἀθεσμον παρετίθετο, καὶ τὴν νενομισμένην καὶ πάτεριν ἔξεδιῆτησεν ἀγύνεια, ἵνα ἡ μηκέτι Θαυματὸν, εἰ τὴν πρὸς ἀνθρώπους ἡμερότητα οὐαὶ ποιωνίαν ἐκ ἐπήρησεν, ὁ τῆς πρὸς Θεὸν ἀσεβείας ὅτῳ καταμανεῖς. πάλιν τοίνυν ὁ Γιώρα Σίμων, τί κακὸν ἐκ ἔδεασεν; ἢ πολας ὑθρεως ἐλευθέρων ἀπέχετο σωμάτων, οὐ τῶν ἀνέδειξαν τύραννον; ποία δὲ αὐτὰς Φιλία, ποία δὲ συγγένεια πρὸς τὰς ἐφ' ἕκαστης ἡμέρας Φόνυς ὃχλον θρασυτέρας ἐποίησε; τὸ μὲν γάρ τὰς ἀλλοτρίας κακῶς ποιεῖν ἀγεννής ἔργον εἶναι πουηρίας ὑπελάμβανον, λαμπρὰν δὲ Φέρειν ἐπέδειξιν ἤγειντο τὴν ἐν τοῖς οἰκητάτοις ὠμότητα. παρημάλλοστο δὲ καὶ τὴν τάτων ἀπόνοιαν ἡ τῶν Ιδεύματάν. ἐκένοι γάρ οἱ μαρώτατοι τὰς ἀρχιερέας κατασφάξαντες, ὅπως μηδὲ μέρος τε τῆς πρὸς Θεὸν εὐτεβίας διαφυλάττηται,

conuicti essent mendacii ex iis, quae antea prae se ferebant, multo magis eos male tractabant, qui nequitiam illis iusta sui defensione exprobrabant. Erat enim quodammodo illud tempus omne genus sceleris apud Iudeos foecundissimum; ut nullum malitia negotium infelum relinqueretur; neque si quis cogitatione aliquid sibi fingere voluisse, noui quidpiam inuenire potuerit. Ita et priuatum et communiter omnes viatio laborarunt, et ~~ex~~superare alius alium tam impietate in Deum, quam iniquitate in proximos, certarunt, potentes quidem multitudo nem male tractando, multitudo vero ad potentium interitum properando. Illis enim erat dominandi quidem cupiditas; his vero vim faciendi, bonaque locupletum diripiendi. Et priuno quidem sicarii iniquitatis autores erant et crudelitatis in proximos: neque verbum ullum, quod non dixerint ad iniuriam, neque facinus, quod non tentarint ad exitium eorum, quibus insidiarentur, praetermittentes. Verum et hos Ioannes semet moderationes esse ostendit. non solum enim omnes interficiebat, qui iusta et utilia suadebant, tanquam inimicissimos maxime ciues eiusmodi impetens: sed et patriam coiuniquerat malis inumeris cumulauit, qualiter facturus erat homo, qui Deum quoque iam ausus esset impietatem contemnere. nam et mensa nefaria vescebatur, et a consueta et patria puritate discessit; ut iam sit miniūne mirum, quod vitae mansuetioris et communitatis cum hominibus officia non seruarit, qui perdite adeo deperit impietatem in Deum. Rursus igitur Simon Giorae quid mali non commisit? quae corporum liberorum ab iniuria temperauit, qui eum creauere tyrannum? Quae vero eos amicitia, quaeue cognatio ad quotidianas caedes non ferociores effecit? nam alienos quidem male tractare timidae nequitiae opus esse arbitrabantur, gloriosam vero ostentationem esse crudelitatem in familiarissimos existimabant. Horum autem furoris aemuli etiam Idumaei existere. illi enim sceleratissimi cum pontifices iugulassent, ne qua pars conseruaretur pietatis in Deum, totum, quod ex

πᾶν ὅσου ἦν λείψανος ἔτι πολιτικῷ χήματος ἐξέκοψαν, καὶ τὴν τελεωτάτην εἰσῆγαγον διὰ πάντων ἀνομίαν. ἐν ᾧ τὸ τῶν ζηλωτῶν κληθέντων γένος ἤκμαζεν, οἱ τὴν προσπυρεῖαν τοῖς ἔργοις ἐπηλήθευσαν. πᾶν γὰρ κακίας ἔργον ἐξεμιμήσαντο, μηδὲ εἴ τι πρότερον προϋπαρχθὲν ἡ μνήμη παραδέδωκεν αὐτοὶ παραλιπόντες αἰζήλωτον· καίτοι τὴν προσπυρεῖαν αὐτοῖς ἀπὸ τῶν ἐπ' ἀγαθῷ ζηλεύσνων ἐπέθεσαν, ἢ κατειρωνευόμενοι τῶν ἀδικημένων, διὰ τὴν αὐτῶν Θηριώδη Φύσιν, ἢ τὰ μέγιστα τῶν κακῶν ἀγαθὰ νομίζουτες. τοιγαρεῦν προσῆκον ἕκαστοι τὸ τέλος εὑροῦντο, τῇ Θεῷ τὴν αἰξίαν ἐπὶ πᾶσιν αὐτοῖς τιμωρεῖαν βρειβούσαντος. ὅσας γὰρ ἀνθεώπης δύναται Φύσις κολάσεις ὑπομεῖναι, πᾶσα κατέσηκψαν εἰς αὐτὸς, μέχρις καὶ τῆς ἐχάτης τῇ βίᾳ τελευτῆς, ἢν ὑπέμειναν ἐν πολυτρόποις αἰκίαις ἀποθανότες. ό μὴν ἀλλὰ καὶ Φαΐη τις ἀν αὐτὸς ἐλάττῳ παθεῖν ὄν ἐδρασαν. τὸ γὰρ δικαίως ἐπ' αὐτῶν ό προσῆν. τὰς δὲ ταῖς ἐκείνων ὠμότησι περιπεσόντας, ό τὴ παρόντος ἀν εἴη καιρὸς κατὰ τὴν αἰξίαν ὁδύρεθαι. πάλιν δὲ ἐπάνεμι πρὸς τὸ καταλειπόμενον μέρος τῆς διηγήσεως.

β'. Επὶ γὰρ τὸν Ελεάζαρον, καὶ τὰς κατέχοντες σὺν αὐτῷ τὴν Μασάδαν σικαρίες, ὁ τῶν Ρωμαίων σρατηγὸς ἦνε, τὰς δυνάμεις ἄγων. καὶ τῆς μὲν χώρας ἀπάσης εὐθὺς ἐκράτει, Φρεγαῖς ἐν τοῖς ἐπικαιροτάτοις αὐτῆς μέρεσσιν ἐγκατασήσας. τεῖχος δὲ περιέβαλε κύκλῳ περὶ πᾶν τὸ Φρεγεῖον, ὅπως μηδενὶ τῶν πολιορκημένων ἡ ράδιον διαφυγεῖν, καὶ διανέμει τὰς Φυλάξοντας. αὐτὸς δὲ καταρρεποτεθεῖεν τόπον, ως μὲν πρὸς τὴν πολιορκίαν ἐπιτηδειότατον ἐκλαβὼν, καθ' ὃν αἱ τῷ Φρεγείᾳ πέτραι τῷ πλησίον ὅρει συνήγιζον, ἄλλως δὲ πρὸς αὐθούσιαν τῶν ἐπιτηδείων δύσκολον. ό γὰρ ἡ τροφὴ μόνον πόρρωθεν ἐκομίζετο, καὶ σὺν μογάλῃ ταλαιπωρεία τῶν ἐπὶ τύτῳ τεταγμένων Ιudeίων, ἄλλα καὶ τὸ ποτὸν ἦν ἀγώγιμον εἰς τὸ σρατόπεδον, τῷ τόπῳ μηδεμίαν ἔγγυς πηγὴν ἀναδιδόντος. ταῦτ' δὲ προοικημησάμενος ὁ Σίλβας ἐπὶ τὴν πολιορκίαν ἐτράπετο, πολ-

civitatis facie supererat, abscidere, summamque per omnia iniquitatem induxerunt. in qua illud hominum genus, qui zelotae appellati erant, excellebant, qui non in factis verum probauerunt. Omne enim malitiae fascinus aemulati sunt, nullo, quod ipsi non imitando expresserunt, relicto, quocunque ante commissum esse memoriae proditum erat: quamuis nomen sibi ex honorum aemulatione indidissent, in eos aut cauillati, quos laeserant, propter efferam sui naturam, aut malorum maxima pro bonis haberi volentes. Itaque debitum vitae finem singuli inuenere, Deo illis omnibus, quam commeruerunt, poenam tribuente. Quaecunque enim suppicia ferre valet natura humana, ea omnia in eos inciderunt, usque dum mortem oppeterent, quam inter varios cruciatus obierunt. Veruntamen dixerit forsitan aliquis, minora eos, quam pro factis, perppersos esse. haud enim erat, ut merita poena afficerentur. Illos autem, in quibus suam exercebant crudelitatem, non esset huius temporis digne lamentari. Rursum igitur ad eam narrationis partem redeo, unde digressus sum.

2. Veniebat enim dux Romanorum, contra Eleazarum exercitum dicens et sicarios, qui cum eo Masadae tenebant. et regione quidem omni statim potitus, praefidia in locis eius opportunissimis collocauit. Castellum autem muro circumdedit, ne quis obsessorum facile inde aufugeret, et distribuere custodes instituit. ipse vero castris locum occupat, ad obsidionem quidem maxime idoneum, quem delegerat; qua parte castelli rupes monti proximo coniungebantur, caeterum difficultem ad necessiariorum copiam suppeditandam. Non solum enim commeatus e longinquò aduehebatur, et cum labore Iudeorum maximo, quibus id negotii datum erat: verum etiam potus aliunde in castra ducebatur; loco nullam aquae dulcis fontem suppeditante. Itaque cum haec prius disposuisset Silua, ad obsidionem se conuertebat, quæ multum solertiae et ardui labo-

λῆς ἐπιτεχνήσεως καὶ ταλαιπωρίας δυομένην, διὰ τὴν ὄχυρότητα τὸ Φρεγεῖον τοιῷδε τὴν Φύσιν ὑπάρχοντος.

γ'. Πέτραν ὡς ὀλίγην τῇ περιόδῳ καὶ μῆκος ὑψηλὴν, πανταχόθεν περιερρώγασι βαθεῖα φάραγγες κάτωθεν ἔξ αὐράτες τέρματος κηρυνώδεις, καὶ πάσῃ βάσεις ζώων ἀπρόσιτοι, πλὴν ὅσον κατὰ δύο τόπους τῆς πέτρας, εἰς ἄνοδον ὡς εὔμαρῃ παρεικάστησι. ἔσι δὲ τῶν ὁδῶν, η̄ μὲν ἀπὸ τῆς Λοφατίτιδος λίμνης πρὸς ἥλιον ἀνίχοντα, καὶ πάλιν ἀπὸ τῆς δύσεως, η̄ ῥᾶσιν πορευεθῆναι. καλλιστὶ δὲ τὴν ἑτέραν ὅφιν, τῇ σεντητῇ προσεικάσαντες καὶ τοῖς συνεχέστιν ὀλγυμοῖς. κλαταγαρὲ τὰς τῶν κηρυνῶν ἔξοχάς, καὶ πολλάκις εἰς αὐτὴν ἀνατέξεθεσσα, καὶ κατὰ μικρὸν αὐθίς ἐκμηκυνομένη μόλις ψαύει τὸ πρόσωπο. δεῖ δὲ παραλλάξ τὸν διὰ αὐτῆς βαδίζοντα τον ἔτερον τοῖν ποδοῖν ἐρείσθαται. ἔσι δὲ καὶ τῷ παρολιθίνειν πρόδηλος ὄλεθρος. ἐκατέρωθεν γαρ βάθες κηρυνῶν ὑποκέχηται, τῇ Φοβερότητι πασαν εὐτολμίαν ἐκπληξαῖ δυνάμενον. διὰ τοιαύτης ἣν ἐλθόντις σαδίς τριάκοντα κορυφὴ τὸ λοιπόν ἔτιν, ὡς εἰς ὅξὺ τέρμα συνηγμένη, ἀλλ' ὡς εἶναι κατ' ἀκρας ἐπίπεδος. ἐπὶ ταύτῃ πρέπτως μὲν ὁ αἰχισθεὶς ὀκοδομήσατο Φρέγειον Ιωνάθης, καὶ προστηγόρευσε Μασάδαν. ὕπερον δ' Ἡρώδης τῷ βασιλεῖ διὰ πολλῆς ἐγένετο σπαδῆς ἡ τῷ χωρίᾳ κατασκευή. τεχός τε γαρ ἥγετος περὶ πάντας τὸν κύκλον τῆς κορυφῆς ἐπτὰ σαδίων ὄντα, λευκὸς μὲν λιθός πεποιημένον, ὕψος δὲ δώδεκα, καὶ πλάτος ὅκτω πήχεις ἔχον, τριάκοντα δὲ αὐτῷ καὶ ἐπτὰ πύργοι πεντηκοταπήχεις ἀνεστήκεσσαν, ἔξ ἣν ἣν εἰς οἰκήματα διελθεῖν περὶ πᾶν τὸ τείχος ἄνδον ὀκοδομημένα. τὴν γαρ κορυφὴν πίστα, καὶ πεδίον παντὸς ὅσαν μαλακωτέραν, ανήκεν εἰς γεωγραφίαν ὁ βασιλεὺς, οὐδὲ ποτε τῆς ὅξως τροφῆς ἀπορεία γένοιτο, μὴ δὲ ταύτη κάμοιεν οἱ τὴν αὐτῶν σωτηρίαν τῷ Φρέγειῳ πεπιστευκότες. καὶ βασιλεὺς δὲ κατεσκευασεν ἐν αὐτῷ, κατὰ τὴν ἀπὸ τῆς ὀσπέρεας ἀνάβασιν, ὑποκάτω μὲν τῶν τῆς ἀκρας τειχῶν, πρὸς δὲ τὴν ἄρκτον ὄγκοντον ὄγκον. τῷ δὲ βασιλεῖς τὸ τείχος ἦν, ὕψες μέγα καὶ καρτερὸν, πύργοις ὅχοι

ris postulabat, propter firmitatem castelli, cuius natura huiusmodi est.

3. Petram ambitu non exiguum, et longitudine ex-cellam, vndique circumdant valles adeo profundae, vt illarum terminus conspici nequeat, praeruptae admodum et omnium animalium gressibus inaccessae, nisi quod locis duobus petra in adscensum non facilem cedit. Est autem via quidem vna a lacu Asphaltite ad solis ortum, altera vero ab occidente, qua minori cum negotio inceditur. Vocatur autem prior coluber, ex angustia crebrisque flexibus capta similitudine. circa enim praecipitum eminentias fractura est, et saepe in se reuertens paulatimque rursum producta vix tangit id, quod ulterius est. Oportet autem alternos figat pedes, qui hac via graditur. quin et certa pernicies est, si quis labatur. nam alta praecipitia vtriuque dehiscunt, quae horrore quemuis vel audacissimum terrere possunt. Per eiusmodi viam cum quis xxx. stadiis adscenderit, quod restat, vertex est, non in finem acutum desinens, sed in summitate planitiam habens. Super hoc primus quidem Ionathas pontifex castellum aedificauit et appellauit Massadam. Post autem Herodi regi studio fuit locum strukturis occupare. Nam et murum circa omnem verticis ambitum erexit, per stadia septem, e candido quidem lapide exstructum, altitudine vero xii. cubitos altum, latumque viii, et xxxvii. turres quinquagenorum cubitorum in eo stabant; ex quibus aditus erant in aedes circa omnem murum intus aedificatas. nam verticem, vtpote foecundum et omni planicie molliorem, culturae dedit rex; vt, si quando alimenti externi et aduentus esset inopia, ne hac quidem laborarent, qui salutem suam castello crediderant. Quin et regiam illic aedificauit, ab occidentalis partis adscensu, intra moenia quidem arcis positam, ad septentrionem vero vergeante. Regiae autem murus erat magnae celsitudinis et validus, quatuor turres sexagenorum cubitorum in angulis ha-

έξηκοντα πάχεις ἐγγυωνίγες τέτταρες. Ἡ τε τῶν οἰκημάτων ἔνδον καὶ σοῦν καὶ βαλανέων κατασκευὴ παντοία καὶ πολυτελὴς ἦν, κιόνων μὲν ἀπανταχῷ μονολίθων ὑφεσηκότων, τοίχων δὲ καὶ τῶν ἐν τοῖς οἰκήμασιν ἐδαφῶν λίθῳ σερώση πεποικιλμένων. πρὸς ἕκαστον δὲ τῶν οἰκημένων τόπων ἄνω τε καὶ περὶ τὸ βασίλεον, καὶ πρὸ τῷ τείχους πολλάς καὶ μεγάλας ετετμήκει λάκης ἐν ταῖς πέτραις, Φυλακτῆρας ὑδάτων, μηχανώμενος σίναυ χορηγύαν, ὅση τῶν ἐκ πηγῶν ἐσι χρωμένοις. ὄρυκτὴ δ' ὁδὸς ἐκ τῷ βασιλείῳ πρὸς ἄκραν τὴν κορυφὴν ἀνεφέρετο, τοῖς ἔξωθεν ἀφανῆς. Ἄ μὴν ὃδὲ ταῖς Φανεραῖς ὁδοῖς ἦν οἶον τε χεήσαθαι ῥάδίως πολεμίγες. Ἡ μὲν γὰρ ἑώα διὰ τὴν Φύσιν, ὡς προείπομεν, ἐσὶν ἄβατος. τὴν δ' ἀπὸ τῆς ἰσπέρας μεγάλῳ κατὰ τὸ σενότατον πύργῳ διετείχισεν, ἀπέχοντες τῆς ἄκρας πάχεων ὡκὲ ἐλαττονὸν διάσημα χιλίων, ὃν ὅτε παρελθεῖν δυνατὸν ἦν, ὅτε ῥάδιον ἐλεῖν. δυσέξοδος δὲ καὶ τοῖς μετ' ἀδείας βαδίζοσιν ἐπεποίητο. Ὅτω μὲν δὲν πρὸς τὰς τῶν πολεμίων ἐφόδους, Φύσι τε καὶ χαροποιήτως τὸ φρέσιον ὠχύρωτο.

Δ'. Τῷ δ' ἔνδον ἀποκειμένων παρασκευῶν ἔτι μᾶλλον ἄν τις ἐθαύμασε τὴν λαμπρότητα καὶ τὴν διαιμονήν. σῆτος τε γὰρ ἀπέκειτο πολὺς καὶ πολὺν χρόνον ἀρκεῖν ικανώτατος, οἷος τε πολὺς ἦν καὶ ἔλαιον. ἔτι δὲ παντοῖς ἐσπείρων καρπὸς καὶ Φοίνικες ἐσεστώρευντο, πάντα δ' εὗρεν ὁ Ελεάζαρος τῷ φρεσίῳ μετὰ τῶν σικαρίων ἐγκρατῆς δόλῳ γενόμενος, ἀκμαῖα καὶ μηδὲν τῶν νεωτὶ κειμένων αποδέοτα. καίτοι χεδὸν ἀπὸ τῆς παρασκευῆς εἰς τὴν ὑπὸ Ρωμαίοις ἄλωσιν, ἐκατὸν ἦν χρόνος ἐτῶν. ἀλλὰ καὶ Ρωμαῖοι τὰς περιλεφθέντας τῶν καρπῶν εὔρουν ἀδιαφθόρες. αἴτιον δ' ὃν ἄν ἀμάρτητοι τις ὑπολαμβάνων σίναυ τὸν ἀέρα τῆς διαιμονῆς, ὕψει τῶν περὶ τὴν ἄκραν, πάσης ὄντα γεώδεις καὶ θολερᾶς ἀρηγῇ κράσεως. εὑρέθη δὲ καὶ παντοίων πλῆθος ὅπλων ὑπὸ τῷ βασιλέως ἀποτεφησαυρισμένον, ὡς ἀνδράσιν ἀρκεῖν μεμένοις, ἀργός τε σιδηρός, καὶ χαλκός, ἔτι δὲ καὶ μόλυβδος, ἀτε δὴ τῆς παρασκευῆς ἐπὶ μεγάλαις αἰ-

bens. Conclauium etiam intus et porticuum itemque balneorum varia erat et sumptuosa constructio; columnis quidecim e singularibus saxis vndique suppositis, parietibus autem soloque in conclauibus variis lapidibus strato. Ad singula vero habitacula, et in summo et circa regiam et ante murum, multos magnosque puteos e scopulis exscidit ad aquam conseruandam, machinatus tantum aquae suppeditandum, quantum haberent, qui fontibus utuntur. Via autem fossa e regia in verticem suminum ducebat, forinsecus non apprens, Sed nec viae manifestae facile usui erant hostibus. Nam orientalis quidem, natura, ut supra memorauimus, est inaccessa: occidentalem vero magna in angustia posita turri intersepsit, non minore mille cubitorum spatio ab arce distante, quae neque transiri potuit, neque facile capi. Insuper et iis, qui sine metu incederent, exitu erat difficilis. Atque ita quidem aduersus hostiles impetus natura pariter ac manuum opera munitum erat castellum.

4. Intus autem repositi apparatus magis adhuc miranda est copia luculenta eiusque diuturnitas. Nam et frumenti multum erat reconditum, et quod in longum tempus sufficeret; vinumque multum erat et oleum: quin et cuiusque leguminis fructus, et palmulae coaceratae. Vniuersa autem reperiebat Eleazarus, cum sica-riis castello per dolum potitus, matura, nihilque recens depositis deteriora, quamquam fere ex quo parata erant ad excidium a Romanis illatum centum annorum tempus agebatur. Quinetiam Romani fructuum reliquias incorruptas offendere. Si quis autem causam diuturnitatis auram esse existimet, profecto non errauerit, quod arcis altitudine ab omni terrena ac foeculenta mixtura sit remota. Insuper et omne genus armorum vis ingens inuenta est, a rege recondita, quae x. virorum millibus sufficerent, ferrumque infectum, et aes, praetereaque plumbum: scilicet ut magnis de causis factum crederes

τίαις γενομένης. λέγεται γὰρ ἐαυτῷ τὸν Ηρώδην τῦτο τὸ Φρέριον εἰς ἀποφυγὴν ἑτοιμάζειν, διπλῶν ύφορώμενον κίνδυνον· τὸν μὲν παρὰ τῷ πλήθει τῶν Ιudeῶν, μὴ καταλύσαντες ἐκεῖνον, τὰς πρὸ αὐτῷ βασιλέας ἐπὶ τὴν ἀρχὴν καταγάγωσι· τὸν μέντοι δὲ καὶ χαλεπώτερον ἐκ τῆς βασιλευότης Λιγύπτες Κλεοπάτρας. αὗτη γὰρ τὴν αὐτῆς γνώμην ὡς ἐπεπέμψει, ἀλλὰ πολλάκις Λιτωνίων λόγγος προσέφερε, τὸν μὲν Ηρώδην ἀνελεῖν ἀξιότατα, χαρίσασθαι δ' αὐτῇ τὴν βασιλείαν τῶν Ιudeῶν δεομένην. καὶ μᾶλλον ἂν τις ἔθαύμασεν, ὅτι μηδέπτω τοῖς προσάγυμασιν Λιτωνίος ὑπηκόοι, κακῶς ὑπὸ τῷ πρὸς αὐτὴν ἔρωτος δεδηλωμένοις, ὃχ ὅτι περὶ τῷ μὴ χαρίσασθαι προσεδόκησε. διὰ τοιότερος μὲν Φόβος Ηρώδης Μασάδαν κατασκευασάμενος, ἔμελλε Ρωμαίοις ἀπολεῖσθαινεν ἔργον τῷ πρὸς Ιudeάς πολέμῳ τελευτῶν.

ε'. Επεὶ γὰρ ἔξωθεν ἥδη περιτετεχίκει πάντα τὸν τόπον ὁ τῶν Ρωμαίων, ὡς προείπομεν, ἡγεμῶν, καὶ τῷ μὴ τινας ἀποδεάναν πρόνοιαν ἐπεκοίνητο τὴν ἀκριβεστάτην, ἐνεχέμη τῇ πολιορκίᾳ, μόνον εὑρὼν ἐνα τόπον, ἐπιβολὴν χωμάτων δέξασθαι δυνάμενον. μετὰ γὰρ τὸν διατεχίζοντα πύργον τὴν ἀπὸ τῆς δύσεως ὁδὸν ἄγγσταν εἰς τε τὸ βασίλειον καὶ τὴν ἀκρώσειν, ἣν τις ἔξοχὴ πέτραις εύμεγέθης τῷ πλάτῳ καὶ πολὺ προκύπτεσσα, τῷ δὲ ὑψεῖ τῆς Μασάδας τριακοσίγεις πήχεις ὑποκάτω. Λευκὴν δὲ αὐτὴν ἀνόμαλην. ἐπὶ ταύτην ὅν αναβάτες, καὶ καταρχὴν αὐτὴν ὁ Σίλβας ἐκέλευσε τὸν σρατὸν χθν ἐπιφέρειν. τῶν δὲ προθύμως καὶ μετὰ πολλῆς χειρὸς ἔργασταμένων, τερεβὼν εἰς διακοσίες πήχεις ὑψώθη τὸ χῶμα, ὃ μὴν ὅτε Βέτσαιον ὅτε αὐταρκεῖς ἐδόκει τύτο τὸ μέτρον εἶναι τοῖς μηχανήμασιν εἰς ἐπιβάθραν, ἀλλ' ἐπ' αὐτῷ βῆμα λιθῶν μεγάλων συνηρμοσμένων ἐποιήθη, πεντάκοντα πηχῶν εὐρός τε καὶ ὕψος. ἣν δὲ ἄλλων τε μηχανήμάτων ἡ κατασκευὴ παραπλησία τοῖς ὑπὸ μὲν Οὐστοπασιανῷ πρότερον, μετὰ ταῦτα δὲ ὑπὸ Τίτῳ πρὸς τὰς πλαισίας ἐπινοηθεῖται, καὶ πύργος ἔξηκοντάπηγυς συνετέθη,

apparatum. Aiunt enim, Herodem id ipsum castellum sibi ad refugium paruisse, duplex periculum suspicantem: unum quidem a Iudeorum populo, ne, se deposito, illos, qui antea reges fuerant, ad principatum reduceret: alterum vero maius et atrocius a Cleopatra regina Ægypti. illa enim voluntatem suam non celabat, sed cum Antonio saepe verba faciebat, postulans, ut Herodes interficeretur, sibique regnum Iudeorum donari obsecrans. Et magis quis miraretur, quod nunquam eius imperio paruerit Antonius, male ipsi præ amore mancipatus, quam non donaturum esse crederet et exspectaret. Propter huiusmodi quidem timores cum Herodes ita extruxisset Masadam, ea re fiebat, ut Romanis id bello contra Iudeos opus extremum relinqueret.

5. Quum enim Silua dux Romanorum foris iam locum omnem muro circumdedisset, sicut supra diximus, et, ne quis effugeret, diligentiam et curam maximam adhibuisset, oppugnationi manum admouebat, uno tantum loco reperto, qui aggerem excitari sineret. Nam post eam turrim, quae iter ab occidente, quod ad regiam summumque verticem duceret, praecludebat, erat quaedam saxi eminentia bene magna latitudine et simul prominens, celsitudine autem Masadae trecentis cubitis inferior. illam vero Leucen appellabant. Hanc igitur Silua ubi adscendit et occupauit, milites terram aggerere et extruere iussit. Illis autem alaci animo et magna manu operantibus, solidus ad cubitos cc. erectus est agger, non tamen spatii modus aut satis firmus aut sufficiens adscensus machinalis videbatur: sed super eum tribunal, constructis saxis ingentibus, factum est, altum itemque latum cubitis L. Erat autem et aliarum machinarum fabrica illis assimilis, quas primo quidem Vespasianus, postea vero Titus ad opida oppugnanda excogitauit: et turris L. cubitorum ef-

σιδήρω καταπεθέαγμένος ἄπας, ἐξ ἡ πολλοῖς ὀξυβόλοις
 καὶ πετροβόλοις βάλλοντες οἱ Ρωμαῖοι τὰς ἀπὸ τῆς τείχους
 μαχομένας ταχέως ἀνέστηλαν, καὶ προκύπτει ἐκώλυσαν. ἐν-
 ταῦθα δὲ καὶ κρίσιν ὁ Σίλβας μέγαν καταπιευσατάμενος,
 συνεχεῖς ποιῶνται κελεύσας τῷ τείχει τὰς ἐμβολὰς, μόλις
 μὲν, ἀλλ’ ὅν αναρρήξας τι μέρος αὐτῷ, κατῆρεψε. Φθάνυσι
 δὲ οἱ σικάριοι ταχέως ἔνδοθεν οἰκοδομησάμενοι τείχος ἔτε-
 ρον, ὃ μηδ’ ὑπὸ τῶν μηχανημάτων ἔμελλεν ὅμοιόν τι πείσε-
 θαι· μαλακὸν γὰρ αὐτὸν καὶ τὴν σφραγίστητην ἐμβολῆς
 ὑπεκλύσιν δυνάμενον, τοιῶδε τρόπῳ κατεσκεύασταν. δοκεῖ
 μεγάλας ἐπὶ μῆκος προστεχεῖς ἀλλήλαις κατὰ τὴν τομὴν
 συνέθεσαν. δύο δὲ ἥσαν σίχοι παραλληλοις τοστὸν διεσά-
 τες, ὅσον εἶναι πλάτος τείχους, καὶ μέσον ἀμφοῖν τὸν χῶν ἐν-
 Φόρεν. ὅπως δὲ μὴ, ὑψηλόν τῷ χώματος, ἢ γῆ διαχέοιτο,
 πάλιν ἐτέραις δοκοῖς ἐπικαρπίαις τὰς κατὰ μῆκος κειμένας
 διέδεον. ἦν δὲ ἐκείνοις μὲν οἰκοδομία τὸ ἔργον παραπλήσιον.
 τῶν μηχανημάτων δὲ αἱ πληγαὶ φερόμεναι πρὸς εἰκός ἐξε-
 λύοντο, καὶ τῷ σάλῳ συνίζαντι ἐποίεν αὐτὸν σεριφώτερον.
 τότε συνιδὼν ὁ Σίλβας, πυρὶ μᾶλλον αἰρήσειν ἐνόμισε τὸ
 τείχος, καὶ τοῖς σρατιώταις προσέταττε λαμπάδας αἴδε-
 μένας ἀθρόος εἰσακοντίζειν. τὸ δὲ, οἷα δὴ ξύλων τὸ πλέον
 πεποιημένον, ταχὺ τῷ πυρὸς ἀντελάθετο, καὶ τῇ χαυνότη-
 τι πυρωθὲν διὰ βάθυς φλόγας πολλὴν ἐξεπύρεσεν. ἀρ-
 χομένη μὲν δὲ τῇ πυρὸς, βορρᾶς ἐμπνέων τοῖς Ρωμαίοις
 φοβερὸς ἦν· ἀνωθεν γὰρ ἀποσρέφων ἐπ’ ἐκείνης ἥλασυντὴν
 φλόγα. καὶ χεδὸν ἥδη τῶν μηχανημάτων, ὡς συμφλεγ-
 σομένων, ἀπεγυνώστησαν. ἐπειγα δὲ αἱ φυλίδιον νότος μετα-
 βαλὼν, καθάπερ ἐκ δαιμονίων προνοίας, καὶ πολὺς ἐναυτὸς
 πνεύσας, τῷ τείχει φέρων αὐτὴν προσέβαλε, καὶ πᾶν ἥδη
 διὰ βάθυς ἐφλέγετο. Ρωμαῖοι μὲν δὲ τῇ παρὰ τῷ Θεῷ
 συμμαχίᾳ κεχρημένοι, χαίροντες εἰς τὸ σρατόπεδον αἴπη-
 λάττοντο, μεθ’ ἡμέραν ἐπιχειρεῖν τοῖς πολεμίοις διεγυνωκά-
 τος· καὶ τὰς φυλακὰς νύκτωρ ἐπιμελεσέρας ἐποίησατο,
 μή τινες αὐτῶν λάθωσιν φροδράντες.

fecta est, tota ferro munita, vnde Romani multis scorpionibus et balistis cito eos repulere, qui e muro pugnabant, et capita exferere prohibuerunt. Si in autem ingenti etiam ariete fabricato, Silua crebro murum pulsari iubet: ac vix quidem illum, licet pars eius perfrigerit, funditus euertit. Occupant autem sicarii alium intus murum idque celeriter aedificare, qui nihil simile a machinis pasturis erat. illum enim, ut mollis esset et ictuum impetum vehementem posset laxare, in hunc modum construxerunt. Trabes ingentes perpetuas in longitudinem, alias aliis, qua sectae erant, coniungebant. Bini autem ordines erant paribus interuallis distantes inter se tantum, quanta esset muri latitudo; inque medium spatium terram ingerebant. Ne vero crescente cumulo terra deflueret, aliis transuersis trabibus priores in longitudinem positas reuinciebant. Erat ergo istiusmodi opus quidem aedificio non absimile. Machinarum vero ictus ei, quod cedebat, illati debilitabantur, et ex concussione desidente materia firmiorem reddebant fabricam. Cum hoc animaduertisset Silua, igne facilius murum captum iri existinavit, militibusque praecepit, ut crebras faces ardentes iacularentur. Tum murus, quippe magna ex parte ligneus, ignem cito concepit; et usque ad imum sui laxitate accensus magnam flammam edidit. Et principio quidem, cum ignis erumperet, boreas spirans Romanis erat horribilis: superne enim se deflectens flaminam in eos ferebat. adeo ut de rebus suis fere desperarint, quasi iam conflagraturae essent machinae. Postea vero flatu derepente mutato veluti diuina prouidentia, austus excitatus multa vi flammam ad murum reiecit, iamque totus a summo ad imum ardebat. Et Romani quidem Dei freti auxilio ad castra laeti reuertuntur; eo animo, ut hostes postridie aggraderentur: et nocte vigilias cura maiori agebant, ne quis eorum clam aufugeret.

σ'. Οὐ μὴν ἔτ' αὐτὸς Ελεάζαρος ἐν τῷ δρασμὸν ἔλα-
βειν, ὅτ' ἄλλω τινὶ τῷτο ποιεῖν ἔμελλεν ἐπιτρέψειν. ὁρῶν δὲ
τὸ μὲν τῶνχος ὑπὸ τῇ πυρὸς ἀνακαιόμενον, ἄλλον δ' ἔδεινα
σωτηρίας τρόπουν ὃδ' ἀλκῆς ἐπιποῶν, ἢ δὲ ἔμελλον Ρωμαῖοι
δράστην αὐτὸς καὶ τέκνα καὶ γυναικας αὐτῶν, εἰ κρατή-
σιαν, ὥπ' ὁφθαλμὸς αὐτῶν τιθέμενος, Θάνατον κατὰ
πάντων ἐβύλευσατο. καὶ τῷτο κρίνας ἐκ τῶν παρόντων ἄρι-
στον, τὸς ἀνδρεωδεστάτης τῶν ἑταίρων συναγαγών, τοιότοις
ἐπὶ τὴν πρᾶξιν λόγοις παρεκάλει· „Πάλαι διεγυνώκοτας
„ἥμας, ἀνδρες ἀγαθοὶ, μῆτε Ρωμαῖοις, μήτ' ἄλλῳ τινὶ δη-
„λεύειν, ηθῷ Θεῷ, μόνος γὰρ ὅτος ἀληθής ἐσι καὶ δίκαιος ἀν-
„θρώπων δεσπότης, ἵκε νῦν καιρὸς, ἐπαληθεύσατο κελεύων
„τὸ Φρόνημα τοῖς ἔργοις. πρὸς ὃν ἐσυτὸς μὴ καταιδύσῃ
„μεν, πρότερον μηδὲ διλείσαν ἀκίνδυνον ὑπομείναντες, νυν
„δὲ μετὰ διλείσας ἐλόμενοι τιμωρίας ἀνηκέντες, εἰ διῆτες
„ὑπὸ Ρωμαίοις ἐσόμεθα. πρῶτοί τε γὰρ πάντων ἀπίστη-
„μεν, καὶ πολεμῶμεν αὐτοῖς τελευταῖσι. νομίζω δὲ καὶ
„παρὰ Θεῷ ταύτην ἡμῖν δεδούθαι χάριν, τῇ δύναδα κα-
„λῶς καὶ ἐλευθέρως ἀποθανεῖν, ὅπερ ἄλλοις ἐκ ἐγένετο
„παρ' ἐλπίδα κρατηθῆσιν. ἡμῖν δὲ ὑπόθηλος μέν ὅσιος
„γενησομένη μεθ' ἡμέραν ἄλωσις· ἐλευθέρα δ' η τῇ γη-
„ναίς θανάτῳ μετὰ τῶν Φιλτάτων αἱρεσις. γάτε γὰρ τῷτο
„ἀποκαλύπτειν οἱ πολέμιοι δύνανται, πάντας εὐχόμενοι ζῶν.
„ντας ἡμᾶς παραλαβεῖν, ὅθ' ἡμεῖς ἐκείνοις ἔτι νικᾶν μαχό-
„μενοι. ἔδει μὲν γὰρ εὐθὺς, ἵσως ἐξ ἀρχῆς, ὅτε τῆς ἐλυ-
„θερίας ἡμῖν ἀντιποιεῖθαι θελήσασι πάντα καὶ παρ' ἀλ-
„λήλων ἀπέβαντε χαλεπά καὶ παρὰ τῶν πολεμίων χείρω,
„τῆς τῇ Θεῷ γνώμης τοχάζεθαι, καὶ γινώσκειν, ὅτι τὸ πά-
„λα φίλον αὐτῷ Φῦλον Ιεδαίων ἀπωλεῖται πατέγυνασο. μέ-
„νων γὰρ εὔμενής, η μετέρων γγν ημῖν ἀπηχθημένος, ἥκαί
„τοσύτων μὲν ἀνθρώπων περιεῖδεν ὄλεθρον, προήκατο δὲ
„τὴν ιερωτάτην αὐτῷ πόλιν πυρὸν καὶ κατασκαφᾶς πολε-
„μίων. ἡμεῖς δ' ἄρα καὶ μόνοι τῇ παντὸς Ιεδαίων γένεις ἡλ-
„πίσαμεν περιέσθαται τὴν ἐλευθερίαν Φυλάξαντες, ὥσπις

6. Veruntamen neque ipse Eleazarus de fuga cogitabat, neque alii cuiquam permissurus erat, vt fuga euaderet. Murum autem igne quidem consumtum vi-dens, alium vero nullum salutis modum neque virtutis excogitans; sed his, quae Romani in se liberosque suos et coniuges facturi essent, si vicissent, ante oculos positis, de morte omnium deliberauit. idque ex praesentibus potissimum ratus, validioris animi sociis vesperi congregatis, huiusmodi verbis ad facinus eos incitabat: „Cum olim nos statuerimus, viri fortes, neque Romanis, neque cuiquam alii, nisi Deo, seruire, is enim solus est verus et iustus hominum dominus, nunc tempus adest, quod factis animi magnitudinem probare iubeat. in quo ne nosinet de honestemus, antea seruitutem non sine periculo passi, nunc vero cum seruitute intolerabiles poenas subituri, si viui in Romanorum potestatem redigamur. Nam et omnium primi ab illis defecimus, et nouissimi aduersus eos bellum gerimus. Quin et hanc nobis a Deo gratiam datum existimo, vt bene ac libere possimus mori, quod aliis non contigit praeter spem superatis. Nobis autem pro certo quidem prima luce futurum est excidium: at libera est strenuae mortis optio vna cum carissimis. nec enim prohibere id hostes possunt, quibus omnino in votis est nos viuos abducere; neque nos illos iam valemus pugnando superare. Nam fortasse quidem ab initio statim, (quando libertatem defendere cupientibus omnia et a nobis ipsis acerba et peiora adhuc ab hostibus eueniebant) de Dei voluntate conieciisse oportebat et sciuisse, quod cara ei quondam Iudeorum gens damnata esset ad interitum. nam manens propius, vel saltem nobis leviter infensus, nunquam tantorum quidem hominum perniciem insuper habuisset, urbemque sibi sacratissimam tradidisset hostibus, vt incendio periret et funditus dirueretur. Nos autem soli scilicet ex omni Iudeorum genere calamitati superstites fore etiam spera-

πάναμάρτητοι πρὸς τὸν Θεὸν γενόμενοι, καὶ μηδεμιᾶς με-
 „ταχόντες ἀμαρτίας, οἱ καὶ τὰς ἄλλας ἐδιδάξαμεν; τοι-
 „γαρεῖν ὁρᾶτε, πῶς ἡμᾶς ἐλέγχει μάταια προσδοκήσαντας,
 „κρίττονα τῶν ἐλπίδων τὴν ἐν τοῖς δεινοῖς ανάγκην ἐπα-
 „γαγών. Τοῦ γὰρ ἡμᾶς ἡ τῷ Φρεγείᾳ Φύσις ἀνάλωτος ἥσα
 „πρὸς σωτηρίαν ὠφέληκεν, ἀλλὰ καὶ τροφῆς ἀφθονίαν καὶ
 „πλεῦθος ὅπλων, καὶ τὴν ἄλλην ἔχοντες παρασκευὴν περιτ-
 „τεύσαν, ύπ' αὐτῇ περιφανῶς τῷ Θεῷ τὴν ἐλπίδα τῆς
 „σωτηρίας ἀφηγήμεθα. τὸ γὰρ πῦρ, εἰς τὰς πολεμίας Φε-
 „ρόβομενον, ἐκ αὐτομάτως ἐπὶ τὸ κατασκευαθὲν τεῖχος ὑφ·
 „ἡμῶν ἀνέτρεψεν· ἀλλ' ἔτι ταῦτα χόλος πολλῶν ἀδικη-
 „μάτων, ἂ μανέντες εἰς τὰς ὁμοφύλακς ἐτελμήσαμεν, ύπερ
 „ῶν μὴτοῖς ἐχθρίοις Ρωμαίοις δίκας, ἀλλὰ τῷ Θεῷ δι·
 „ἡμῶν αὐτῶν υπόρχωμεν. αὗται δ' εἰσὶν ἐκείνων μετριώτε-
 „ρεα. Ενησκότωσαν γὰρ γυναικες αἰνύθρεισι, καὶ παιδες
 „διλείας ἀπείρατοι, μετὰ δ' αὐτὰς ἡμεῖς εὐγενῆ χάριν
 „ἀλλήλοις παράχωμεν, καλὸν ἐντάφιον τὴν ἐλευθερίαν
 „Φυλαῖσαντας. πρότερον δὲ καὶ τὰ χερύματα καὶ τὸ Φρέ-
 „πειον πυρὶ διαφθείρωμεν. λυπηθήσοντα γὰρ Ρωμαίοις
 „σαφῶς οἶδα, μήτε τῶν ἡμετέρων σωμάτων κρατήσοντες,
 „καὶ τῷ κέρδῃς ἀμαρτόντες. τὰς τροφὰς μόνας ἔστωμεν.
 „αὗται γὰρ ἡμῖν τεθηκόσι μαρτυρήσουσιν, ὅτι μὴ δι· ἔν-
 „δειναν ἐκρατήθημεν· ἀλλ' ὥσπερ ἐξ αἰχῆς διέγυμεν,
 „θάνατον εἰλάμεθα πρὸ διλείας.

ζ. Ταῦτα Ελεάζαρος ἐλεγεν, ό μὴν κατ' αὐτὸ ταῖς
 γυνώμαις προσέπιπτε τῶν παρεόντων. ἀλλ' οἱ μὲν ἔσπειδον
 ὑπακόειν, καὶ μόνον ὡχ ἡδονῆς ἐτεπίπλαντο, καλὸν εἴναν
 τὸν θάνατον νομίζοντες. τὰς δ' αὐτῶν μαλακωτέρης γυναι-
 κῶν καὶ γυνεᾶς οἰκτος εἰσῆσι· πάντως δὲ καὶ τῆς ἐστῶν
 προδήλω τελευτῆς, εἰς ἀλλήλως ἀποβλέποντες τοῖς δα-
 κρύοις τὸ μὴ Βιλόμενον τῆς γυνώμης ἐσήμαινον. τάτες ἴδων
 Ελεάζαρος ἀποδειλῶντας, καὶ πρὸς τὸ μέγεθος τῷ Βιλεύ-
 ματος τὰς ψυχὰς ὑποκλωμένης, ὅδεστε μὴ τὰς
 ὥρρωμένως τῶν λόγων ἀκάπταντας αὐτοὶ συνεκθηλύνωσι

„virus libertate seruata, quasi in Deum non omnino de-
 „liquissemus, nulliusque culpae participes fuissemus,
 „qui et aliis idei suadere operam dedimus? Itaque vi-
 „detis, quemadmodum nos vana exspectasse redarguit
 „Deus, nobis mala ferendi patiendique necessitatein, spe
 „nostra potentiorem, inferens. Nec enim nobis castelli,
 „utpote inexpugnabilis, natura quicquam profuit ad salu-
 „tem: sed et alimentorum copiam et armorum multitu-
 „dinem, aliquaque habentes apparatus abundantiam, ab
 „ipso Deo manifeste salutis spe exuimus. quippe ignis,
 „qui ferebatur in hostes, non sponte sua in imfum a no-
 „bis exstructum reuertebatur: sed haec ab ira Dei in nos
 „excitata ob multas iniurias, quas furore capti contra
 „gentiles ausi sumus; pro quibus poenas, quaelo, non Ro-
 „manis inimicissimus, sed per nosinet ipsos Deo solua-
 „mus. istae enim illis moderatores sunt. Moriantur
 „enim coniuges ab iniuria vacuae, liberique seruitutis ex-
 „perites: post illos autem in nosinet generosum benefi-
 „cium mutuo conferamus, seruata libertate, vnde pul-
 „chram habebimus sepulturam. Prius tamen et pecu-
 „niiam et castellum igne exuramus. Misererebunt enim
 „Romani, certe scio, si corpora nostra non occupauer-
 „rint, et omni spe praedae exciderint. Alimenta sola
 „relinquamus. haec enim nobis erunt testimonio mor-
 „tuis, quod non penuria edomiti simus: sed, vt ab ini-
 „tio statueramus, mortem seruitio praetulerimus.

7. Haec dicebat Eleazarus, non tamen omnes, qui
 aderant, super ea re mente consentiebant. Sed alii qui-
 dem ei obedire properabant, et prope modum voluptate
 complebantur, pulchram esse mortem existimantes. Qui
 vero moliores erant, coniugum et familiarum misericor-
 dia tenebantur: cuinque plane suus cuique interitus ob
 oculos versaretur, aliis aliud intuentes lacrymis indica-
 bant, se nolle istiusmodi consilium sequi. Hos ubi
 Eleazarus pauitare animaduertit, animisque frangi ex rei
 deliberatae magnitudine, pertimuit, ne etiam eos, qui for-
 titer, quae dixerat, audiuerant, ipsi simul effocinarent

ποτνιώμενοι καὶ δακύοντες. ὅπου ἀνῆκε τὴν παρακέλευσιν,
ἀλλ' ἐαυτὸν ἐπεγένεται, καὶ πολλὰ λήματος πλήρης γε-
νόρενος, λαμπροτέροις ἐνεχέται λόγοις, περὶ ψυχῆς ἀθα-
νασίας, μέγα τε χετελιάστας καὶ τοῖς δάκουσιν ἀτενὲς ἐμ-
βλέψας· „ἢ πλεῖστον, εἶπον, ἐψεύσθην, νομίζων ἀνδράσιν
„ἀγαθοῖς τῶν ὑπὲρ τῆς ἐλευθερίας ἀγώνων συναίσθαμαι,
„ζῆν καλῶς ἢ τεθνάναι διεγνωκόσιν. ὑμεῖς δὲ ἡτο τῶν το-
„χόντων ρόδον εἰς ἀρετὴν ρόδον εἰς εὐτολμίαν διαφέροντες, οἱ
„γε καὶ τὸν ἐπὶ μεγίστων ἀπαλλαγῇ κακῶν Φοβεῖσθε θά-
„νατον· δέον ὑπὲρ τάττα μήτε μελλῆσαι, μήτε σύμβιλον
„ἀναμείναται. πάλαι γάρ εὐθὺς ἀπὸ τῆς πρώτης αἰδήσεως
„παιδεύοντες ἡμᾶς οἱ πάτεροι καὶ θεοὶ λόγοι διετέλεν, ἔρ-
„γοις τε καὶ Φρονήμασι τῶν ἡμετέρων προγένεντων αὐτὸς θε-
„βαιώντων, ὅτι συμΦορὰ τὸ ζῆν ἐσιν ἀνθρώποις, ύψη θάνα-
„τος. ὅτος μὲν γάρ ἐλευθερίαν διδάξει ψυχαῖς, εἰς τὸν οἱ
„κακὸν καὶ καθαρὸν ἀφίσσει τόπον ἀπαλλάσσεσθαμαι, πάσης
„συμΦορᾶς ἀπαθεῖς ἐσομένας. ὅως δὲ εἰσὶν ἐν σώματι θη-
„τῷ δεδομέναι, καὶ τῶν τάττα κακῶν συναναπίλανται, τά-
„ληθέσατον εἰπεῖν, τεθνήκαται· κοινωνία γάρ θεῖω πρὸς θυν-
„τὸν ἀπεσπῆς ἐστι. μέγα μὲν ἐν δύναται ψυχὴ καὶ σώματι
„συνδεδεμένη· ποιεῖ γάρ αὐτῆς ὄργανον αἰθανόμενον ἀρά-
„τως. αὐτὸς κινητα, καὶ θυντῆς Φύσεως περαιτέρω προάγγ-
„γτα ταῖς πράξεσιν. ὃ μὴν ἀλλ' ἐπειδὴν ἀπολυθεῖσα τῇ
„καθέλκοντος αὐτὴν Βάρης ἐπὶ γῆν, καὶ προσηγεμανένη,
„χῶρον ἀπολάβῃ τὸν οἰκεῖον, τότε δὴ μακαρίας ἰδύος καὶ
„πανταχόθεν ἀκωλύτᾳ μετέχει δυνάμεως, ἀόρατος μέντοι
„στα τοῖς ἀνθρώπινοις ὅμρασιν, ὥσπερ αὐτὸς ὁ Θεός. ὅδε
„γάρ, ὅως ἐσὶν ἐν σώματι, θεωρεῖται· πρόσεισι γάρ ἀφανῆς,
„καὶ μὴ θλεπομένη πάλιν ἀπαλλάττεται, μίαν μὲν αὐτὴν
„Φύσιν ἔχεσσα τὴν ἀφθαρτον, αἵτια δὲ σώματι γινομένη
„μεταβολῆς. ὅτα γάρ ἐν ψυχῇ προσάψηται, τότο ζῆ καὶ
„τέθηλεν. ὅτα δὲ ἐν ἀπαλλαγῇ, μαρανθὲν ἀποθησκε.
„τοστὸν περίεστιν αὐτῇ ἀθανασίας. ὅπνος δὲ τεκμήριον
„ὑμῶν ἔσω τῶν λόγων ἐναργέσατον, ἐν φύσει, τῇ σώμα-

obsecrantes et lacrymantes. Itaque ab exhortatione non
 desistit, sed cum semet erexisset multoque repletus spiri-
 tu, clariorem de animae immortalitate exorsus est ora-
 tionem, magnaue usus exclamacione et oculis attentis
 flentes adspiciens: „Certe, inquit, plurimum deceptus
 „eram, qui putarem viris fortibus in certamine pro liber-
 „tate succurrere, quibus bene viuere aut honeste mori
 „decretum est. Vos autem profecto ne cuilibet quidem
 „homini vel audacia vel virtute praestatis, qui etiam ma-
 „la maxima effugituri mortem timetis; cum oporteret
 „vos super ea re neque cunctari, neque exspectare moni-
 „torem. Olim enim et a prima statim rerum notitia
 „constanter nos docuerunt patrii ac sacri sermones, ma-
 „iorum quoque nostrorum factis et animis eos confir-
 „mantibus, quod viuere hominibus, non mori, in cala-
 „mitatem cedit. nam mors quidem animabus dans liber-
 „tatem, in proprium purumque locum eas discedere per-
 „mittit, ubi futurae sunt ab omni malo immunes. Quam-
 „diu autem mortali corpori vincitae sunt, simulque ma-
 „lis eius oppletur, verissime dicantur mortuae, utpote
 „quod parum deceat diuinum cum mortali sociari. Esto
 „quidem, multum posse animam etiam corpori coniun-
 „ctam, quippe suum facit instrumentum sensu praedi-
 „tum, dum ipsa non visa in eo motum ciet, atque actio-
 „nibus ultra mortalem naturam prouehit. Veruntamen
 „cum pondere, eam in terram deprimente, eique ap-
 „penso liberata, proprium locum recepit, tunc vim
 „beatam et vndique libetam sortitur potestatem, huma-
 „norum oculorum, ut ipse Deus, aciem effugiens. nec
 „enim, quamdiu in corpore est, conspicitur: vt quae ne-
 „mini apparet accedat, neque rursus, cum recedit, cui-
 „quam adspectabilis est, viam quidem naturam ipsa ha-
 „bens mutationis expertem, corpori autem in causa, quod
 „in eo mutationes fiant. nam quodcunque anima attige-
 „rit, hoc vivit atque viget, unde vero digressa fuerit, id
 „ipsum flaccescit et moritur: adeo in se abunde ha-
 „bet immortalitatis. Eorum autem, quae dico; pro
 „indicio sit manifestissimo somnus, in quo animae in

„τος αὐτὰς μὴ περισπῶντος, ἡδίσην μὲν ἔχοσιν αὐτάπαυ-
 „σιν ἐφ' ἑαυτῶν γενόμεναι· Θεῷ δὲ ὄμιλοσαὶ κατά συγ-
 „γένειαν πάντη μὲν ἐπιφοιτῶσι, πολλὰ δὲ τῶν ἐσομένων
 „προθεσπίζουσι. τί δὲ δεῖ δεδίνει φάνατον, τὴν ἐν ὑπνῳ
 „γινομένην αὐτάπαυσιν ἀγαπῶντας; πῶς δὲ ἐκ αὐτότον
 „ἐσιν, τὴν ἐν τῷ ζῆν ἐλευθερίαν διώκοντας, τῆς αἰδίας φύ-
 „νεν ἑαυτοῖς; ἔδει μὲν ἐν ἡμᾶς, οἴκοθεν πεπαιδευμένος,
 „ἄλλοις εἶναι παραδεγματα τῆς πρὸς φάνατον ἐτοιμότητος.
 „Ἐ μὴν ἀλλ' εἰ καὶ τῆς παρὰ τῶν ἀλλοφύλων δεόρεθα
 „πίτεως, βλέψωμεν εἰς Ινδὸς τὰς σοφίαν ἀσκεῖν ὑπειχυ-
 „μένος. ἐκεῖνος τε γὰρ, ὅντες ἄνδρες ἀγαθοὶ, τὸν μὲν τῷ
 „ζῆν χρόνον, ὥσπερ ἀναγκαῖαν τινὰ τῇ φύσει λειτεγύιαν,
 „ἀναπτίως ὑπομένοντο. σπεῦδος δὲ τὰς ψυχὰς ἀπολῦσα
 „τῶν σωμάτων, καὶ μηδενὸς αὐτὸς κατεπέγυοντος κακῷ,
 „μηδὲ ἐξελαύνοντος, πόθῳ τῆς ἀθανάτης διαίτης, προλέ-
 „γγος μὲν τοῖς ἄλλοις, ὅτι μέλλοσιν ἀπιέναι, καὶ ἐσιν ὁ
 „πκαλύσων ὕδεις· ἀλλὰ πάντες αὐτὸς εὐδαιμονίζοντες,
 „πρὸς τὰς οἰκείας ἐκαστοὶ διδόσασιν ἐπισολάς. ἔτω βεβαίαν
 καὶ ἀληθεσάτην ταῖς ψυχαῖς τὸν μετ' ἀλλήλων εἶναι δίαι-
 την πεπισθίασιν. οἱ δὲ, ἐπειδὴν ἐπακόσωστοι τῶν ἐντε-
 „πταλμένων αὐτοῖς, πυρὶ τὸ σῶμα παραδόντες, ὅπως δὴ
 καὶ καθαρωτάτην ἀποκείνωσι τῷ σώματος τὸν ψυχὴν,
 „ὑμνύμενοι τελευτῶσι. ῥῶν γὰρ ἐκείνος εἰς τὸν φάνατον οἱ
 „φίλατοι προπέμπονται, ἢ τῶν ἄλλων ἀνθρώπων ἐκαστοί¹
 „τὰς πολίτας εἰς μηκίσην ἀπεδημίαν· καὶ σφᾶς μὲν αὐ-
 „τὰς δακρύστιν, ἐκείνος δὲ μακαρίζεται, ἥδη τὴν ἀθάνα-
 „τον τάξιν ἀπολαμβάνοντας. ἀρέτην δὲ τοιούτην αἰδίμεθα χειρον
 „Ινδῶν φρονθύντες, καὶ διὰ τῆς ἑαυτῶν ἀτολμίας τὰς πα-
 „τερίας νόμους, οἱ πάσιν αὐθρώποις εἰς ζῆλον ἡκυστιν, αἰχρεῖς
 „ὑβρίζοντες; ἀλλ' εἰ γε καὶ τὰς ἐναντίας ὡς ἀρχῆς λόγυα
 „ἐπαιδεύθημεν, ὡς ἀρά μέγιστον ἀγαθὸν αὐθρώποις ἐσὶ²
 „τὸ ζῆν, συμφορὰ δὲ ὁ φάνατος. ὁ γὰρ καιρός, ἡμᾶς πα-
 „ρεσκαλεῖ φέρειν εὐκαρδίως αὐτὸν, Θεῷ γνω η καὶ κατὰ
 τανάγκας τελευτήσαντας. πάλαι γὰρ, ὡς δοκεῖ, κατὰ

„se collectae, nusquam eas distrahente corpore, iucun-
 „dissimam quidem agunt quietem, cum Deo vero con-
 „versantes ex naturae cognitione loca omnia peragant,
 „et multa futura praedicunt. Quorsum igitur mortem
